test exprimi].i.dici [vt adijcit] ordinatũ vel taxatum [pre-
stentur].i.celebrati ꝯctus. ¶ Or signori ex his q̃ dicta sunt
vobis

vobis casum ⁊ summariam expositionem litere potuistis perpendere. nunc alia sunt videnda ⁊ indaganda opponendo: respondendo: ⁊ querendo ⁊ soluendo. primo tamen nota hic que
3 dam not. Et primo not. ex. l. ista † quod pactum incontinenti appositum videtur contractui inesse. ⁊ ideo nouam parit actionem. ⁊ veterem informat. vt. s. de pactis. l. iurisgen. §. quinimmo ⁊. C. de pactis. l. petens. Et dicitur appositum incontinenti si appositum est in actu simul tenenti vel antequam diuertant cōtrahentes ad alios actus vel negotia. vt. j. de testa. l. heredes palam. in fin. cum. l. seq. ⁊. j. de verborum obligati. l. continuus in principio ⁊. j. de duobus reis. l. duos in fine in casibus tamē est speciale quod pactum appositum incontinenti: nec nouam parit nec veterem informat. vt est odio vsurarū. vt. C. de vsuris l. quāuis. alius est fauore religionis. vt. s. de relig. l. quod si locus alius fauore dotis. vt. C. de iure dotium. l. auia. alius fauo
4 re libertatis. vt. j. de seruis ex. ea lege. in fine. ¶ † Item nota hic quod pactum appositum incontinenti precedentem stipulationem modificat. ⁊ ad hoc facit. s. de pactis. l. iurisgen. §. quinimmo. Item nota quod pactum appositum incontinenti sicut proficit debitori: ita pficit creditori ne iudicia claudicēt vt. s. de arb. l. quid tamē. §. finali. sic ⁊ in contractibus vt hic. fallit. j. de actio. empti. ⁊ vend. l. iul. §. si a pupillo. ⁊. j. mand. l. po-
5 test. Item nota. † hic si non potest peti principale nec accessorium: quia sublato princip. ⁊c. vt. j. de regulis iur. l. cum principalis. Item nota hic vbi non est petitio. ibi non est mora. vt. j. de regul. iur. l. nulla. ⁊. j. de verborum obligation. l. si pupillus. Item nota hic aliud no. ꝙ vsure debentur non ex die celebrati contractus. sed ex tempore more. et ad hoc concor. j. de vsuris l. mora. §. in bonefidei. fallit in duobus casibus. vnus est in fructibus. alius est in vsuris. si nominatim conuenerunt contrahētes vt hic in fine dicitur. ⁊. j. de verbo. obligatio. l. huiusmodi in fin. qd est illa ratione. quia contractus ex conuentione. l. accipiunt vt. j. depositi. l. prima. §. si conuenerit. Or signori ad hāc l. circa id quod dicitur in fin. opp. ⁊ signatur apertum contra: ⁊ videtur qd non veniant vsure post moram ex die celebrati contractus etiā si nominatim conuentum est inter contrahentes quia dicit ista lex. si mutuasti mihi centū promisi tibi per stip. quincunces vsu. quolibet anno. ⁊ si non soluerem suis diebus pmisi tibi semisses. ⁊ sic maiores. ⁊ si primo ⁊ secundo anno solui tibi minores ⁊ tertio anno cessaui: non teneor tibi ad maiores vsuras ex die celebrati contractus: sed ex die quo cessaui soluere. vnde videtur contra. j. de vsuris. l. cum quidam. in princi. ad quod vos dicetis vt ibi dicam. Item not. quod vnum aliud no.
6 ⁊ mirabile colligitur ex. l. ista † scilicet ꝙ pactum nudum vestit vestitum: cum tota die dicimus contra scilicet ꝙ pactum vestitum non vestiat nudum: sed illud nudum subsequens vel precedens esset principale. quod inconueniens esset. ꝙ accessorium vestiret principale. C. de pactis. l. si pacto quo penam al' contra. vt. C. de pactis. l. vl. sed hic non est ita si prima stipulatio esset apposita super vsuris. si secunda stipulatio esset apposita super sorte. tunc esset secus. vnde cum fuit apposita super sorte ⁊ vsuris bene vestit aliud nudum pactū subsequēs vt. C. de edil. act. l. si apud. sed que est rō cuiuslibet responsionis. ⁊ certe prime responsionis est ꝙ pena non debet transgredi delictum. vt C. de penis. l. sancimus. ⁊ sic cū in vno cessauerit in eo debet pati penam non in alio. ratio secunde responsionis est vt veniant vsure ex die celebrati contractus: quia non est in mora: ⁊ sic nō currunt vsure. ratio tertie responsionis vt pariat excep. ⁊ acti. est quia fauore debitoris ⁊ creditoris est introductum. vnde p eis non contra eos debet retorqueri. vt. C. de le. ⁊ sen. con. l. qd fauore. Modo ad hanc. l. oppo. ⁊ videtur. ꝙ debitor teneatur ad vsuras omnium. xv. milium non nongentorum. vt arg. C. de distractione pignorum. l. quādiu. cum suis similibus. ad quod vos dicetis ꝙ aliud est in venditione pignoris quia illud est indiuiduum. vnde quia verū est illum non soluisse. verum est etiā pro illa summa posse vendi. vt ibi. at hic secus est ꝙ tenetur ad vsuras eius temporis tantum quo cessauit in solutione scilicet nongentorum non omnium. xv. milium. ¶ Sed denuo oppo. ad. l. istam. ⁊ videtur ꝙ debitor tenetur ad vsuras omnium. xv. miliū ex die interposite stipulationis: quia non debet ei esse dānosum propter pactum. Rū. non est sibi damnosum postꝙ ex voluntate sua est. ⁊ sibi placet: cū quilibet sit moderator rei sue vt. C. mā. l. in re sua. sed si eo inuito esset appositum sibi esset dānosum. ¶ Sed denuo instatur ad. l. istam. ⁊ videtur ꝙ hoc pactum de. ccc. dena. soluendis quolibet mense fuerit interpositū gratia debitoris. ⁊ sic debet ei prodesse non obesse vt. s. de pac. l. iurisgen. §. sed si fraudandi. Respon. hoc pactum hic apponitur fauore vtriusqꝫ. Si queras cui stipulationi inest pactū appositum incontinenti. nunquid prime facte super sorte. an secūde super vsuris. Et certe videtur prime stipulationi nō inesse. cū non sit incontinenti post eam factum. ⁊ ita non in actu simul se tenenti. nam inter primam stip. sortis. ⁊ hoc pactum stipulatio vsurarum interuenit. ⁊ ita contrahentes iam videtur diuertisse ad alia negotia. Item secunde stipulationi non videtur inesse: qr non fuit facta mentio de vsuris in pacto. sed his non obstantibus dico pactum inesse prime stipulationi: ⁊ solutionem eius modificat. stipulatio enim vsurarum non fuit actus. vel dicatis ꝙ inest vtriqꝫ qd verius puto. Or signori super. l. ista cōsueuerunt formari due questiones que tangunt hic per dominum Jo. ⁊ Az. ⁊ vnam formant ⁊ non determinant. ⁊ prima questio est talis. hic dicitur ꝙ pactum appositum incontinenti vel ex interuallo ꝙ debeas in diem vel sub cōditione que fit ad excipiendum valet vt. s. e. l. pecuniam ⁊. s. de pact. l. iurisgentiū. §. sed cū nulla. Sed quia promittis mihi. x. sub conditione fit pactum ꝙ debeas. x. pure ⁊ sic ex interuallo: est ne seruandum: Dixerūt quidam ꝙ sic: quia ait pretor. pacta bona fide facta sunt seruanda. vt supra de pactis. l. iurisgentiū. §. pretor ait. ⁊ nihil est quod magis hominibus debeatur ⁊c. vt. s. de pactis. l. j. preterea ita est in vltimis voluntatibus. quia si aliquis tibi sub cōditione incōtinenti potest adimere. vt. j. de adimend. lega. l. iij. §. conditio. ⁊. j. de condi. ⁊ de. l. si ita. ⁊ si ita est in vltimis voluntatibus ⁊ in contractibus: quia parificantur contractus ⁊ vltime voluntates. vt. s. de pactis. l. pactum. Sed in questione ista est dicendum contra. ⁊ est dicendum si debes mihi. x. sub condi. ⁊ ex interuallo promittis pure non vꝫ: quia illud pactum fit ad agendum vnde non parit act. vt. C. de pactis. l. legem. Sed vbi debes. x. pure ⁊ sit pactum ex interuallo pactum quod debeas sub condi. fit ad excipiendum. non obstat ꝙ pactum bona fide factum debet seruari: quia illud verum est si est vestitum. Item non obst. nihil est quod magis hominibus: quia verū si pacta sunt vestita. Item non obst. ꝙ idem inuenio in vltimis voluntatibus: quia illud verum est fauore vltimarum voluntatum. ⁊ illa ademptio obtinet vicem pure legati. Item non obst. ꝙ contractus ⁊ vltime voluntates equiparantur. nam multa sunt specialia in vltimis voluntatibus qd non est in contractibus vt. C. de fideicom. l. j. Sed denuo formatur hic alia questio ⁊ talis. mutuaui tibi. c. ⁊ incontinenti adiicio ꝙ scribas mihi. C. vl'. ff. nunquid istud pactū parit nouā acti. ⁊ veterē informat. pōt dici ꝙ nouam parit prescriptis verbis: quia vestitum est coherētia cōtractus vt arg. s. de pactis. l. in traditionibus. ⁊ hoc verum est si pactum apponatur animo donandi: quia mutuū non pōt cōtrahi vltra quā numeratum est ⁊ veterem non informat. quia est incerta ⁊ certi condi. non datur ad incerta. vt. s. e. l. certi condi. secus si non apponeretur animo donandi cum obligatio que contrahitur re vt est mutuum non potest contrahi vltra quā numeratū est. vt supra. de pactis. l. si tibi. Uel potest formari hec questio in stipulatione que non contrahitur re: sed in alio. sum stipulatus a te. x. dari animo donandi ⁊ incontinenti appono pactum vt facias foueam istud pactum parit nouam prescript. verbis. non informat veterem: quia certi cond. non datur ad incerta. vt dixi. ⁊ factum est incertum. vt. j. de verbo. obli. l. vbi autem. §. qui id quod in faciendo.

1 Morte domini ⁊ mutatione status gestoris mandatū reuocatur tamen debitores ignorantes reuocationem sibi soluentes liberantur ⁊ illud quod quis facit non vt heres non venit in actione familie herciscunde ⁊ dominium in accipientem non transfertur non contrahere mutuum nec pignoris obligatio ⁊ si stipulatio confertur nominatim in personā domini qui tunc defunctus erat est nulla. Si vero in personam ipsius gestoris conferatur tunc si hereditas non est adita hereditati iacenti acquiritur actio ex stipulatione si vero erat adita: tunc si heredes erant bone fidei quia ignorabant illum esse effectum liberum acquiritur omnibus heredibus secus si erant malefidei. hoc dicit.

2 Errans regulariter transfert dominium rei vbi fallit.



Jus qui in prouincia.

1 ¶ † Signori. l. ista respicit illam partem rub. de rebus creditis. nā de credito agit in. l. ista Item respicit illam partem rub. si certum petatur: quia de mutuo fit mentio. ⁊ illaꝫ de certi cōdi. ⁊ ista consueuit valde difficilis reputari. ⁊ indubitanter. lex ista est difficilior quam sit precedens. tamen si intelligatis casum ⁊ summariam expositionē litere. licet materia eius sit subtilis quo ad quid cetera alia subintelligetis. ⁊. l. istam diuidetis hoc modo ⁊ dicetis quod africanus iurisconsul. in. l. ista primo ponit quoddam thema secundo ex illo themate formantur questiones sex. licet dominus Az. ⁊ ceteri glossatores scribāt

q hic formantur tres questiones.tertio illas per ordinem in litera determinat.et thema est tale.quidam paterfa.titius nomine ciuis romanus erat homo pecuniosus: et abundabat pecunia:nec illam poterat fenori dare rome vt placebat sibi:quia ibi dabatur sub leuioribus vsuris propter magnam abundantiam pecunie que ibi erat vnde quidam seruum suum stichum nomine de quo multum confidebat datis sibi mille lib.iussit ire in prouinciam vbi erat magna penuria pecunie. vt in anglia et in francia.vt ibi calendarium exerceret.i.vt sub vsuris mutuaret pecuniam de calendis in calendas.et ita fecit eum institorem:stichus seruus iste iuit in prouinciam cepit ibi calendarium exercere et pecuniam fenori dare.titius paterfa.ciuis romanus remansit rome:et dum esset in extremis constitutus fecit testamentum in scriptis. in quo quidem testamento stichum seruum suum in prouincia existentem iussit esse liberum.et ipsum insuper instituit pro parte dimidia vel tertia sibi heredem:non est vis.alium vel alios pro alia parte sibi heredes instituere:mortuo titio patrefa.post istud testamentum aptum fuit rome coram magistro census publicatum et recitatum ad perennem memoriam.stichus seruus in prouincia constitutus ignorans omnia hec.s.dominum suum mortuum et se liber iussum et pro parte se heredem institutum tria fecit post mortem domini. nam pecunias mutuatas viuente titio domino suo ipse exegit a debitoribus qd est primum aliquas de nouo credidit debitoribus stipulatione qd est scdm.interdum cum stipulatione et pignoribus aliquas de nouo credidit qd est tertium.istud est thema ex isto themate formantur hic sex questiones.licet vt dixit dominus Az.et alij glo.scribant hic q tres formantur questiones.Et prima questio est talis.si ipse stichus ignorans predicta aliquas pecunias recipit a debitoribus. vtrum debitores tali solutione sint liberati.ad istam respondetur q si debitores ignorabant titium dominum esse mortuum indubitanter tali solutione sunt liberati. ¶ Scda questio est.qua act.tenetur stich seru coheredibus suis ad pecunias reddendas quas accepit a debitoribus pro portionibus eorum.Ad quod respondetur q non tenetur iudicio fami.herc.quia non fecit vt heres et pro parte sua poterat explicare.sed tenet act. neg.ges. ¶ Tertia questio est talis.si stichus ignorans predicta aliquas pecunias de nouo mutuauit debitoribus an faciat eas accipientis et an sit mutuum in totum vel pro portionibus coheredum.Ad quod respondet iuriscon.q pro parte sua tantum pro qua heres erat fecit accipientis.et mutuum est contractum sed pro portionibus coheredum non fecit accipientis et mutuum non est contractum. quod probatur arg.tali. Dedi tibi pecuniam et mandaui tibi vt titio credas eam si me mortuo ignorans tu ei mutuasti non facis accipientis:quia finitum est mandatum morte mandantis re integra.sic hic stichus ignorans dominum mortuum.mortuo titio patrefa.finitum est mandatum.nec est postea mutuum pro portionibus coheredum. Si queratur ratio diuersitatis quare debitores liberantur:sed accipientes non obligant pro parte coheredum.ratio est illa:quia vbi debitores soluunt sticho tractatur de liberatione.sed vbi accipientes obligantur tractatur de obligatione.et fauorabiliores sumus ad liberandum quam ad obligandum. ¶ Quarta questio est.si stichus mutuauit post mortem domini et accepit pignora.vtrum pro parte coheredum teneantur pignora obligata. Et respondetur cum in pecunia coheredum mutuum non sit contractum.igitur non tenent pignora si illam pecuniam pro parte coheredum non fuit stipulatus:quia si non tenuit principale.s.mutuum pro parte coheredum nec tenet accessorium.s.pignora. ¶ Quinta questio est si stipulatus fuerit reddi pecuniam quam de nouo credidit domino suo quid iuris sit.Et respondetur si stichus fuit stipulatus titio domino suo qui mortuus erat nulla est stipulatio pro parte coheredum:cum fuit stipulatus ei qui non erat in rerum natura. ¶ Sexta questio est si stich stipulatus est sibi vel simpliciter reddi si qd iuris sit.ad quod respondet iurisco.distinguendo. aut non erat adita hereditas per coheredes.quo casu per istum seruum quesita est stipulatio pro portionibus coheredum hereditati iacenti.et per consequens coheredibus.pro sua autem parte sibi quesiuit. nam ex qua causa liber homo a nobis bona fide possessus ex re nostra querit nobis.ex eadem causa seruus qui putat seruum cum non sit querit hereditati iacenti. Si aut hereditas iam erat adita.tunc si coheredes sciebant eum pro parte coheredem et liberum esse iussum.et sic non habebant animum possidendi eum pro parte eorum non queritur eis actio.hereditati non:quia non iacet et tunc dicitur hereditas quando iacet et nondum est apprehensa: sed ea adita dicitur patrimonium. Si aut ignorabant eum liberum et heredem pro parte.vt quia erant similis conditionis et non fuerunt presentes in recitatione testamenti rome.hoc casu idem dicendum est.s.q est in eo casu quando stipulatus est sibi vel simpliciter hereditate iacente scz vt pro parte sua queratur sibi:et pro portionibus eorum coheredibus. et idem est dicendum si isti coheredes essent stipulati a debitore hereditario. s. vt pro parte stichi queratur sticho.et ita si coheredes erant eiusdem conditionis cui erat stichus seruus:vt qr fuerant de necessarijs:euenit illud qd ad inuicem bona fide videbuntur se possidere. et sibi bona fide seruire hoc dicit ista.l. vsq in fi.videte expositionem littere.[eius]scilicet dni titij nomine:et ciuis romanus [qui in puincia].i.in anglia vel in francia vbi est paupertas pecunie et feneratorum [stichum suum].s.suum[calendario ppositum erat].i.fenori exercendo de calendis in calendis .et sic sumunt cal. j. de le.iij.l.qui filium .et.l.vxorem.§.legauerat [rome].s. vnde ducebat originem [testm].s.factum i scriptis.[recitatum]coram magistro census .sed in alijs prouincijs coram preside:hodie coram defensoribus ciuitatis:vt.C. de testamentis .l.testa.et.l.consulta diualia .et in auf.de defen.ciuit.§.nulla.coll.iij. Si qras quare fuit facta ista recitatio testamenti rome .potest dici dupliciter.et vno modo sic:qr olim ante tempora iusti.non poterat heres adire hereditatem ante aperturam tabularum nisi esset heres in solidum institutus.vt.C.de cadu. tol.l.vnica.§.cum igitur.et.j. de iur.et fac.ign.l.j.in fi.vnde cum iste erat pro parte heres ideo fuit recitatum rome.vel dicatis secundo modo q ideo fuit facta recitatio testamenti rome:quia olim ante tempora iustin.heres institutus non poterat adire hereditatem clausis tabulis nisi esset heres insolidum institutus.vel nisi esset de suis vel de necessarijs.vt.C.de iure deli.l.iij.et insti.de hered.quali.et diffe.§.necessarij.sed cum isti fuerint de necessarijs heredibus.igitur non fuit necesse recitari.Respondeo hoc ita de facto fuit. non autem notat quod ita debuerit fieri.de iure. sed secus est hodie.quia potest adiri hereditas a quolibet:etiam clausis tabulis .vt.C.de caducis tol.l.vnica .§.in nouissimo. Or sequitur.[quo] scilicet testamento [liber] .s.insolidum et ex parte heres scriptus .et ita hec dictio ex parte determinat hanc dictionem heres non liber .quia libertas est indiuidua .vt. j.de lib.ca.l.duobus.[qui].s.stichus [status sui]scilicet primeui que est libertas:quia hec seruitus est introducta iure gen. vt.s. de iusti.et iur.manumissiones quia ignorabant se liberum [pecunias defuncti.].i.titij dni sui .Et no. hic duas pprietates. vna cum dicit pecunias defuncti:si nihil habeat defunct:quia mors oia soluit.vt in auf.de nupt.§.deinceps.coll.v. Item quia si dns viueret non esset sua.sed esset sibi debita.vt.j.q cum eo.l. j.[aut exegit]als exegerit.sed in hoc non est vis.et littera ista aut legitur dupliciter.aut vno modo aut pro et.et sic aut legit copulatiue .sic et alibi disiuncta accipitur pro coniuncta. vt.C. de ver.sig.l.cum quidam .et.j.de ver.sig.l.sepe.vel pot legi pro prie.[aut exegit].i.recepit a debitoribus aliquas pecunias [aut crediderit vel interdum stipularetur]sub.pecunias reddi.et interdum non stipularetur[et.pignora acciperet]sub.et interdum pignora non accipet.qr hec oia infra determinant.et huc vsq durat thema.ex quo themate fm az.formantur tres questiones et determinantur in littera per ordinem . sed ego dico vt dixi in casu.q ex isto themate formatur sex questiones et determinatur in lra.[consulebat].s.affricanus iurisco.qui fecit l.istam[quid de his]scz qonibus[iuris esset].s.de hoc themate.ex quo tres qones formatur fm az.et prima incipit hic et durat vsq ibi[quas et c.]Ibi scda incipit et durat vsq ibi qd si proponat.tertia incipit ibi et durat vsq in fi.sed fz qd ego dico formatur sex qones.et prima icipit [placebat et c.]modo determinat primam questionem [ei].i.sticho [liberatos esse] .s. ipso iure[decessisse]et ita cum debitores acceperant a sticho pposito calario .i.pecunia fenori dando de cal'is in cal'as ignorabant dominum stichi mortuum.si soluunt ei ipso iure liberantur tali solutione :quia bona fide soluerunt secus si scirent dominum mortuum .et sic scirent mandatum per consequens reuocatum :quia tunc si ei soluerunt non essent liberati .vt.j.de solu.l.Ro pcur.§.j.et.§.sed et si.et.l.si quis.et.l.qui hominem.§.si titium.et.l.cum quis.§.si debitorem meum[earu]Incipit scda questio et eius determinatio [dari debere].s. coheredibus. et est duplex ratio quare stichus non tenetur fami .herc.iudicio. vna est:quia non accepit pecuniam vt coheres:quia tunc teneretur iudicio fam.herc.vt.s.fam.herc.l.et puto.§.et si dolo .et.l. quia erat.Item est secunda ratio:quia iste stichus fecit tale quid qd pro parte sua siue parte coheredum poterat explicari et tunc non agitur fam.herc.sed agitur actio.nego.gest. secus si pro parte sua siue parte coheredum non poterat explicare quia tunc ageretur fam.herc.vt ista probantur supra fam. hercis.l.heredes.§.sumus.et.s.communi diui.l.si quis.§.siue.[quas Ro]modo icipit determinatio tertie qonis[crediddisset].i.mutuo dedisset [esse].i.accipietis factas.vnde qr p parte sua facte accipietis est mutuum.vt.s.eo.l.ij.§.appellata.sed pro parte coheredum non fecit accipietis.[nam et si]nunc pbat decisionem

questionis

questionis huius [non facies] quia finitū est mandatū mor-
te domini re integra. vt insti. man. §. recte ⁊. j. de sol. l. vlti. [ne-
q3 eñ] R̄n. tacite obiectioni que posset sibi fieri [ei] idest sti-
cho [alienaret] ⁊ est ratio: quia vbi debitores soluūt sticho tra
ctatur de liberando. sed vbi mutuat tractatur de obligando: et
proniores sumus ad liberandū quam ad obligandum. vt. j. de
actio. ⁊ obli. l. arrianus. Incipit scdm me quarta questio [nul-
la stipulatio interuenisset] sub. cum mutuasset pecunias [neq3
pignora teneri] quia si non tenuit mutuū pro parte coheredū
nec etiam pignora. q: si non valet principale ⁊c. vt. j. de reg. iur.
l. cum principalis. [ꝙ si.] Incipit quarta questio ⁊ eius deter
minatio [mortuo] hic non continebat̄ in stipulatione. sed hic
promittis dare ista. x. que tibi mutuo domino meo titio qui iā
erat mortuus cū ignorabat eū mortuū [stipulatus] vt. j. de sti
pu. ser. l. si seruus cōmunis. §. seruus. [ꝙ sibi] Incipit sexta et
vltima questio. ⁊ durat vsq3 in fin. l. ⁊ diuidit̄ in tria dicta [sti-
pulatus esset] sub. vel simpliciter: q: hec duo sunt paria vel sti-
pulari sibi vel simpliciter. vt inst. de stip. ser. §. siue [hereditati]
sc3 iacenti [eum acquisisse] sc3 pro parte coheredū. alij intelli-
gunt in totū. [ita hereditati] sc3 iacenti [acquiri pōt] hoc est
primū dictū huius sexte questionis. ⁊ ex isto primo dicto col-
ligetis vnā regulā quā alibi non inueniemus ita expresse quo
casu per liberum hominem bona fide possessum ex re mea que-
ritur mihi eodem casu qui putat se seruū ⁊ est liber iacenti here
ditati acquirit̄ ex re hereditaria qd̄ procedit ex eo qd̄ heredi-
tas sustinet vicem persone. vt. j. de acquiren. re⁊ do. l. in eo. ⁊. l.
se. ⁊. l. hereditas [post aditam] Incipit scdm dictum huius se-
xte questionis [dici potest] vt acquiratur hereditari iacenti:
quia iam adita erat hereditas. Item nec pro parte coheredu3
quia sciebat eū liberum. vnde non habebant animum possidē-
di eam. vt. j. dicit [ꝙ si proponat̄] Incipit tertiū dictu3 huius
sexte questionis. ⁊ iste ver. legitur tribus modis vno modo scd3
Jo. ⁊ Azo. ⁊ hunc prosequunt̄ glosse nostre. secūdo modo loq̄
tur scdm dominum meū Jac. tertio modo scdm ꝙ ego consue-
ui vobis legere: tamen premittam lecturam domini Jo. ⁊ Az. ⁊
scdm eam exponam literam. secūdo subijciam lecturam domini
mei. tertio lecturam meam annectam vobis ꝟm Jo. ⁊ az. habet
istū sensum dictū est si stichus stipulatus est sibi vel simpliciter
⁊ adita non erat hereditas ⁊ coheredes sciebant eum liberum
⁊ coherede3 quid iur. modo dicit quid iuris sit. si hereditas nō
erat adita quia tunc si coheredes sciebant eum pro parte cohe
redem ⁊ liberum esse iussum ⁊c. vt dixi in casu. hic repetas. ⁊ꝟm
istum intellectum exponetis ita literam. [id ignorasse] sc3 sti-
chum liberum ⁊ coheredem [fuerunt] quia fuerūt serui titij do
mini stichi. vnde sunt heredes necessarij siue velint siue nolint
vt insti. de here. quali. ⁊ dif. §. necessarij. Responderi scdm qd̄
dictū est hereditate non adita: q: dictū est querit̄ hereditati ia
centi ⁊ per eam per consequens queri heredibus ita ⁊ hoc casu
[seruire videantur] vnde stichus ex stipulatione sua querit co
heredibus ⁊ ecōtra. querit ei ex stip. coheredū. q: ipsi vident̄ se
ad inuicem possidere. nō aūt hereditas possidet eos. vt. j. si q̇s
li. esse ius. fu. sceuola. Or si gnori scdm istam lecturam habetis
si tres serui fuerunt heredes instituti ⁊ stichus qui ignorabat
dominum mortuū fuit stipulatus sibi vel simpliciter reddi pe-
cunias quare mutuo dederat si coheredes ignorabant ꝙ vidē
tur se ad inuicem possidere bona fide vnde sicut stichus heredi
tati iacenti querit. ⁊ sic per eum queritur coheredibus. ita si co
heredes possederunt cum bona fide ex stipulatione eius queri
tur eis ⁊ econtra ipsi stipulando querunt̄ ei. Sed ad istam lec.
opponitur sic. hic dicitur stichus post aditam hereditatem est
stipulatus sibi vel simpliciter pecunias mutuatas reddi ⁊ cohe
redes ignorabant eum liberum pro parte sua fecit accipientis
pro parte coheredu3 nō. Sed dic mihi pro parte coheredū cui
acquirit hereditati iacenti non: quia iam erat adita hereditas
vt seruus non acquirit eis: quia iam erat liber. vt liber non q:
non habebant animū possidendi eum. ⁊ idem si haberent ani-
mum possidendi eum cum corporalis possessio interuenire nō
possit: ⁊ cum solo animo non queritur possessio. vt. j. de acquir.
pos. l. possideri. in prin. ⁊. l. quēadmodū. ad quod dixerunt qui-
damꝙ queritur hereditati iacenti si dicas erat adita. R̄ndent
ipsi non videtur adita ex quo non erat possessio apprehensa. vt
j. de crimi. expi. hered. l. ij. vel dicatis qd̄ querit̄ coheredibus. ⁊
hoc est speciale qd̄ querit̄ solo animo vt ⁊ al's. j. de cōtra. emp. l.
clauibus. Or si gnori ista lectura domini Jo. ⁊ Az. quā glosse
nostre approbant. sed istam lecturam non approbat dominus
meus: immo timens oppositionem supra relatam reprobat eā.
nec obst. ꝙ ipsi dicebant qd̄ hic erat speciale qd̄ queratur solo
animo: quia animus hic non interuenit cum hoc ignorarent.
Item alia ratione non videtur mihi bona: q: si tres serui sunt
instituti ⁊ iussi sunt esse liberi possunt se bōa fide possidere: q:
si vnus possidet aliu3: ergo ille qui possidet̄ ab alio nō potest
possidere illum qui possidet. vt. j. de acquiren. re. do. l. liber ho
mo in fi. ⁊. j. de acquirē. pos. l. cum heredes. §. in his. ⁊ ideo do
minus meus legebat alio modo hunc ver. [ꝙ si proponatur
⁊c.] ⁊ sic dictum est. s̄. si stich⁹ post aditam hereditatem mutu-
auit pecunias ⁊ stipulatur sibi vel simpliciter ex quo cohere-
des sciebant eum liberum non habebant animum possidēdi
eum. vnde nō querit coheredibus. sed quid si stich⁹ mutuauit
pecunias post aditam hereditatem ⁊ stipulatus fuit. ⁊ cohere
des ignorabāt eum liberum adhuc potest idem responderi. vt
ex stip. ipsius non queratur coheredibus. ⁊ hoc dicit secūdu3
eum iste ver. ⁊ legebat ita litteram. [idem responderi potest]
scilicet quod dictum est in proximo casu. vt ex eius stipulatio-
ne non queratur coheredibus. ⁊ istum ver. se. quo quidem ca-
su ⁊c. dominus meus dicebat non esse referendum ad proxime
dicta vel ad casum vbi iā erat adita hereditas: sed est referen-
dum ad illum quando hereditas iacebat. vnde dicebat ipse vi
deatis illum ver. quod si ⁊ lego eum statim vobis. modo acci-
piatis illum ver. quo quidem casu ⁊c [videātur] quia sicut sti
pulando stichus q̄rit hereditati iacenti: ita coheredes sui S3
hec lectura similiter non placet. tamen hec lectura ponit istu3
ver. sub casu adite hereditatis: nec video cur referatur ad he-
reditatem iacentem. tamen quia hereditate iacente frustra fit
mentio in littera de coheredibus sue conditionis: qui ignora-
bant eum esse coheredem ⁊ liberum iussum cum ex ipsa stipu-
latione habeat adiri hereditati iacenti non coheredibus. ta-
men quia iste ītellectus esset nimis remotus a littera ista. ⁊ nō
est verisimile quod iuriscō. ita separate dixisset de materia ista
⁊ ideo vos legetis tertio modo istū ver. quod si proponat̄ ⁊c.
secundum ꝙ ego consueui eum vobis legere ⁊ dicetis sic. s̄. p
xi. habuistis quod si stichus post aditam hereditatem stipula
tur vel stipuletur ⁊ coheredes eum liberum sciebant non que
rit eis. sed quid si proponatur quod heredes ignorabant eu3
liberum vt quia ipsi ex necessarijs erant potest idem responde
ri quod non queratur eis. ne si aliter diceremus quod querere
tur eis iam haberemus dicere econtra scilicet ꝙ ipsi quererēt
ei ex stipulatione eorum ⁊ ita haberemus dicere quod inuicem
se possidere viderentur. ⁊ sic seruire bona fide quod esset ab-
surdū si vnus possideretur quod posset aliū possidere. ⁊ secū-
dum hoc exponetis ita litteram [potest ad hoc idem respon-
deri] scilicet quod dictū est in proxio casu [quo quidē casu]
idest si diceremus ꝙ stichus ex sua stipulatione quereret cohe
redibus [videantur] sub. vel se possidere videantur ꝙ esset ab
surdum. Or si gnori ex his que dicta sunt potuistis perpende
re casum huius. l. ⁊ summariam expositionem littere modo cir
ca. l. istā est insistendum. opponendo. ⁊ respondēdo. ⁊ distin-
guendo ⁊ querēdo. et opponamus per ordinem ad. l. istā. Et
ad. l. istam sunt sex oppositiones sicut hic formantur sex que-
stiones. ⁊ statim ad decisionem prime questionis opponitur.
vos habetis hic. si debitores soluerunt sticho ignorantes do
minū mortuum liberantur ipso iure ergo si sciuerunt non libe
rantur. sed lex contra dicit aperte que dicit si paterfa. institō-
rem ordinauit ⁊ mortuus est relicto impubere. si debitores sol
uerunt institori liberantur ab impubere. vt. j. de institoria. l. si
quis. §. impubes. Ad quod dicetis duobus modis. ⁊ vno mo
do sic in. l. contra debitores sciebant heredem domini vti eo-
dem institore ⁊ institorium mandatum reuocatum non esse. iō
debitores soluendo ei tali solutione liberātur sed in. l. nostra
debitores sciebant dominum mortuum: nec sciebāt heredē vti
opera institoris. ⁊ sic sciebant reuocatum mandatum. vnde si
soluerūt videntur soluisse indebite. ⁊ ideo non liberantur. vt
C. de condict̄. inde. l. creditoris. Vel potest dici quod est diffe
rentia inter institorem ⁊ procuratorem. nam institoris officiū
est latius: quia institor est procurator. non econtra. vnde insti
tor est qui preponitur alicui negotiationi exercende viuo do-
mino. vel eo mortuo. ⁊ ideo officium eius nō finitur morte do
mini qui procurator est cui mandatur aliquid faciendum vi-
uo domino. ⁊ ideo soluitur mandatu3 procuratoris morte do
mini. vt. C. man. l. mandatum. nisi defunctus dominus voluerit
mandatum post mortem suam durare. vt. j. man. l. si vero. in fin.
secus est in mandato iurisditionis ⁊ iudicis delegati. quia nō
durat sicut mandatum ꝓcuratoris post mortem iudicis dele-
gantis etiam si hoc voluit. vt. s̄. de iuris. om. iu. l. sed quia. Se-
cūdo instat̄ ⁊ opponitur ad scdam questionem dupliciter. hic
dicitur si stichus recipit pecunias a debitoribus post morte3
domini pro parte coheredum: non tenetur coheredibus fam̄.
her. iudi. sed neg. ge. sed lex contradicit aperte. que dicit. si ser-
uus gessit negocia domini. de gestis viuo domino tenetur co-
heredibus fam̄. her. iudicio. vt. s̄. fam̄. her. lege meuius. §. ser-
uus. Ad quod vos dicetis ita coheres de gestis post mortem

domini si gessit vt coheres tenetur famil. hercisc. coheredibus:
quia iudicium famil. herciſ. datur inter coheredes vt. ͧ. famil.
herciſ. l. j. ⁊. ij. sed si non gessit vt coheres post mortem domini
tenetur neg. gest. sed de gestis ante mortem domini tenetur fa-
mil. herc. ideo quia illa negotia siue bona erant in bonis domi
ni tempore mortis ⁊ tenetur ideo famil. hercisc. quia fecisset vt
coheres. sed hic si gessit post mortem domini non tenetur fam.
herciſ. quia illa bona non erant in bonis domini. ⁊ ideo non te
netur vt coheres quia fecit vt seruus. ⁊ ideo tenetur acti. neg.
gest. q: illa negotia non erant tēpore mortis in bonis domini.
¶ Sed tertio opponitur quomodo tenetur stichus coheredi
bus pro parte coheredum acti. neg. gesſ. quia videtur non cohe
redum esse negotiū aliquo de predictis quatuor modis. re ipa
non: quia in rem coheredu; non impendit. ipso gestu. quia nō
soluitur creditoribus coheredum. non cura vel gestu. quia per
tinebat ad coheredes. vt ad tutores vel curatores. ratihabitio
ne non. quia stichus non exigebat nomine eorum. sed nomine
defuncti vnde cessat acti. neg. gesſ. l. si pupilli. §. si ego. ⁊. §. quid
ergo. Ad quod potest dici negotium erat coheredu; ratihabi-
tione: quia iste stichus recipiebat pecūias nomine domini. igi
tur si mortuus erat faciebat nomine coheredum: quia interpre
tatione iuris eadem est persona coheredis ⁊ defuncti. vt in au-
ten. de iureiuran. a mo. p̄. in princip. vel potest dici hic licet ne-
gotium non sit negotiu; coheredum altero de quatuor modis
tamen est eorum ratihabitione ⁊ si non ipso iure tamen per me
dium. ecce si debitores sunt liberati a coheredibus per solutio
nem quam fecerunt sticho: quia non possunt habere regressum
coheredes contra debitores: tamen in subsidium habent ratū
vt ⁊ al'. C. de rei ven. l. mat. ⁊ not. ͧ. e. l. si eum. C. de rebus ali. nō
alie. l. j. Sed denuo ad id qd̄ dicit̃ in tertia questione opponi-
tur. vos habetis hic si iste stichus post mortem domini mutua-
uit pro parte sua facit accipientis. pro parte coheredum non.
sed hec lex videtur contra. ecce si stichus ignorabat dominum
suum mortuum ⁊ mutuauit pecuniam vt domini sui ⁊ erat sua.
pro parte ergo errauit. vnde non facit accipientis. ⁊ sic non cō
trahitur mutuum vt. ͧ. e. l. ij. §. appellata. ⁊ non transfertur do-
minium. vt. j. de condict. ob causam da. l. dedi. §. subtilius. ⁊. j.
de acquir. rerum domi. l. si procura. ⁊. j. de contrahen. empt. ⁊ vē
diti. l. ⁊ si consensum in fin. ad quod potest dici tribus modis. ⁊
2 vno modo secundū Joan. regulariter nemo † errans[a] transfert
a dominium rei sue speciale tamen est hic in pecunia mutuata: si-
cut ⁊ alia multa specialia sunt in ea. vt. ͧ. e. l. singularia. sed hec
solu. nō placet mihi: quia est contra hanc so. ͧ. e. l. si ego. ⁊. l. si ⁊
me. in quibus dicitur. si dissentimus in mutuo non est mutuum
alij voluerūt dicere ꝙ hic stich' non errabat: q: pecunias quas
credebat putabat domini sui. igitur cum successit ei pro parte.
pro sua parte putabat suas iuris fictione. cum eadem sit perso
na defuncta ⁊ heredis. vt. ͧ. dixi. vnde pro sua parte contractū
est mutuum. vel potest dici tertio modo scd̄m Azo. vt vos circa
articulum istum ita distinguatis cum aliquis tradit rem vel tra
ditur volūtate. aut putat rem esse accipientis cū sit tradentis.
aut putat rem non esse accipientis nec tradentis. sed putat ea;
cuiusdam tertie persone. in primo casu cum credit rem accipien
tis. ⁊ non tradentis: quia credit rem suam sibi reddere non au-
tem credit rem suam transferre: non transfert dominium in ac
cipientem. ⁊ sic intelligitur de condictione ob causam da. l. de-
di. §. subtilius. in secundo casu sicut erat hic cum stichus mor-
tuo domino mutuabat pecuniam: non putabat suam nec eius
cui mutuabat: sed domini sui. ⁊ sic tertie persone. quo casu quia
habebat cām a dn̄o talis error non nocet. ⁊ ideo trāsfert domi-
niu;. ⁊ sic intelligitur hic: aut putabat tertie persone a qua cām
non habebat. quo casu non transfert dominium: quia errabat.
vt. j. de acqui. rerum domi. l. si procurator. Vel potest dici quar
to modo secundum quod consueui dicere. cum tradens. vel is
cuius voluntate traditur tradit. aut erratur in re aut in perso-
na aut in causa. erratur in re dum trado rem qua; puto tuam ⁊
est mea. et tunc habet locum. §. subtilius. Si autem erratur in
persona quia puto te verum creditorem meum esse: cum sis fal
sus nec alias eram tibi traditurus si te sciuissem falsum hic in-
dubitanter non transfertur dominium si allegares te procura-
torem in rem tuam vt. j. de furt. l. si quis. si autem erratur in cau
sa: quia puto me tibi debere cum nō debeo. error cause non im
pedit translationem dominij. vt. j. de condictio. indebiti. l. si in
arca. Si dicas in casu nostro cum stichus mutuauit pecuniam
post mortem titij domini sui. nec fuit error in persona nec in re
nec in causa quis fuit iste error. Respond. putabat rem esse ti-
tij cum esset sua pro parte. quia ab illo habebat potestatem alie
nandi. vnde pro qua parte erat sua facit accipientis. ⁊ ita lo-
quitur iste. §. Sed denuo signatur hic aliud ɔtrariū. vos habe
tis hic si do tibi nūmos vt des eos sticho me mortuo licet igno
rans me mortuum non fiant titij: quia finitum est mandatum
morte mea re integra. sed lex cōtradicit aperte. que dicit si do
tibi pecuniam. vt des titio. si me mortuo das licet ignores me
mortuum facis accipientis. vt. j. de donat. lege hoc tenetur. §.
si quis. Ad solutionem cuius contrarij dominus Joā. ⁊ az. ita
dixerunt. aut do tibi pecuniam vt speciem vel corpus in saccu
lo signato ita dicendo istum sacculum pecunie des illi. hoc ca
su nō trāsfero dominiū pecūie i te. vn̄ si me mortuo tradas illi
licet ignores me dominum mortuum non transit in illum do-
minium: quia in te non transtuleram. sed ministerio tuo vole-
bam ad illum venire. vt. j. de donat. l. ij. §. si pecuniam. in fi. §. ⁊
ita intelligitur quod dicitur hic. aut do tibi pecuniam in quā-
titate: vt de istis facias quicquid velis. et alia. x. eiusdem gene
ris des titio. quo casu si das titio. x. me mortuo. licet ignora-
res me mortuum facis accipientis. ⁊ sic intelligitur. l. contra.
Sed ad istā solutionē videtur ɔtradicere quedā lex que dicit
si vēdo tibi fundū ⁊ trado vt titio tradas. hic trado corpus. et
tū si me mortuo tradis titio facis accipiētis. vt. j. de acquiren.
posſ. l. fundi. §. si amicus. Ad quod vos dicetis. ibi eram obli-
gat' tradere titio. si trado tibi vt tradas ei. si tradis me viuo
facis accipiētis. Item si tradis me mortuo. quia erā obligat'
titio tradere facis accipientis. ⁊ liberas heredes meos. s; hic
non era; obligatus dare titio. Vel potest solui alio modo cō
tra legem illius fundi. §. si amicus. vt vos ita dicatis. si rē quā
volo dare alij do tibi vt ei des. siquidem transfero in te domi-
nium. siue des me viuo siue me mortuo translatum est domini-
um in accipientem. si nō est translatū dominium in te si tradis
me viuo facis accipientis. si me mortuo tradis: quia finitum
erat mandatum. non facis accipientis. ⁊ sic intelligitur hic. et
infra de donat. lege secunda. §. si pecuniam. Sed denuo ad ali
ud opponitur. hic dicitur si stichus mutuauit pecuniam domi
ni quem ignorabat mortuum. ⁊ stipulatus est sibi dari vel sim
pliciter. ⁊ iacebat hereditas querit hereditati. ⁊ per cōsequēs
per eam queritur coheredibus pro parte coheredū. Sed dic
mihi si isti tres erant eiusdem conditionis quia erāt heredes
necessarij. nonne potuit iacere hereditas. quia sunt heredes ve
lint nolint. vt infra d acquirē. here. lege necessarijs. Respōdeo
iste casus debet intelligi quando isti tres coheredes nō erant
eiusdem conditionis: sed solus stichus erat necessarius heres
alij erant voluntarij heredes. vnde pro parre sua facit accipi-
entis. sed pro parte coheredū querit hereditati iacēti. ¶ S;
denuo instatur ⁊ opponitur. ista littera in fine. distinguit. an
coheredes sciebant eum liberum vel nō: sed hec distinctio nō
potest esse quia semper sciebant eum liberum cum testamentū
esset recitatum rome. Respondeo vt dixi in casu potest esse ꝙ
ignorabant eum liberum et coheredem: quia non fuerūt rome
cum testamentum fuit recitatum. vel si cū fuerūt rome credebāt
illum alium stichum: qui esset eorum coheres quam illum qui
prepositus erat calendario exercendo Or signori circa leges
istam consueui formare plures questiones. ⁊ modo subijciam
eas. hic dicitur si stichus ignorans se liberum et pro parte co
heredem mutuauit pecuniam pro parte sua fecit accipientis.
et est mutuum. sed pro parte coheredum non fecit accipiētis.
et sic non est mutuu;: nec pignora tenētur. sed quid de illa par
te coheredum. Respondeo si extant coheredes vendicabunt.
vt. ͧ. eo. lege rogasti. in fi. ⁊ lege filiussa. Sed quid si stichi co-
heredes non vendicarent vel nondum adirent hereditatem.
nunquid iste stichus possessionem quam transtulit in accipien
tem poterit condicere. certe sic vt infra de condic. inde. lege in
debiti. §. si nummi. et hoc verum est consumptione non secuta
alias esset secus si consumptio esset secuta: quia reconciliatum
est mutuum pro parte coheredum et ita dabitur ei certi cōdic.
vt supra eo. lege rogasti. in fine. et lege si a furioso. in fine. et. l.
nam et si fur. in fine. ⁊ coheredibus tenebitur actio. nego. ge-
sto. quia in subsidium habebit ratu;. vel cōdict. sine causa qua
si iste stichus sit locupletior ex re eorum. vnde bonum et equu;
est quod reddat. vt supra eodem. l. si ⁊ me. ¶ Sed denuo que-
ro quo casu stipulatus fuit domino inutilis est stipulatio. ve-
rum est pro parte coheredum. Sed nūquid pro parte sua erit
vtilis potest dici quod sic. quia hic extra id quod agitur taci-
ta oritur obligatio ⁊c. vt infra commo. l. si is qui. in fine. ⁊ idē
pro parte coheredum erat vt supra dictum est in alia questio-
ne. Si dicas non mutuabat suo nomine. vnde non potuit si-
bi querere actio. Respondeo. ex quo non potuit cuius nomi-
ne mutuabat queritur ei. vt. C. eo. lege si absentis. ¶ Sed de-
nuo quero hic stipulatus est sibi iacente hereditate. querit he
reditati iacēti. quomodo est intelligēdū hc. Reospōdeo dicūt
quidā ꝙ querit hereditati ꝑ parte coheredū: s; ꝑ patre sua q:
nō iacet q̄rit tibi. Alij dicūt ꝙ q̄rit hereditati iacēti in totum.
¶ Sed denuo quero hic stipulatus est sibi stichus. vl' simpli-
citer post

¶ * Transfert
[d]ominium. Quā
[d]o errans transfe
[r]at dominium vi-
[d]e bar. in. l. cū fun
[d]us. §. j. supra eo.
ꝙ transferat͂ ex
[in]utili contractu
[...]art. in. l. elegāter
[...] ⁊ elegāter. ff. de
[d]olo.

citer post aditam hereditatem: cum coheredes scirent euʒ liberum cui querit pro parte coheredum non querit hereditati: qr iam erat adita hereditas a coheredibus: non quia nō habebāt animum possidendi eam: quid erit de parte coheredum certe si stipulatus est sibi reddi querit sibi per stipul. quasi reconciliatum sit mutuuʒ stipulatione. vt. C. e. l. quāuis. Si autem agerēt coheredes nō possent: quia inutilis est stipulatio pro parte eorum cum iniquum esset vtriqʒ querere act. ex consumptione. cū stipulatio sit consecuta vires ex numeratione. vt. j. de stipu. ser. l. j. §. pe. Si autem est consumpta pecunia non videtur agi posse ex consumptione vt. j. de noua. l. cum enim. ⁊ l. si ita. Respondeo vbi est stipulatus sibi datur act. ex stipulatione non ex consumptione vel numeratione. Vel potest dici illud est verum qđ datur acti. ex stipulatione non ex numeratione quando numerat suo nomine: sed hic alieno nomine scilicʒ domini nūerauit. vnde dabit̄ act. nō ex nūeratione. vt. j. de fideiusso. l. si quis pro reo. §. si nummos.

I ☞ Qui in defectum alterius soluere promisit petitione facta a primo non liberatur sed ex actione demum idem contra. hoc dicit.

I Si ego. In. l. ista in sui princi. dicitur. ponam⁹ stipulatus sum. x. a titio. postea sum stipulatus a seyo quanto minus possem consequi a titio egi contra titium. nunquid eo ipso est liberatus seyus. certe nō: sed si egi cum titio ⁊ titius soluit liberatus erit seyus. sed si egi cum seyo in quinqʒ cum certuʒ erat ꝙ tunc titi⁹ quinqʒ facere posset. nunquid si titius desinit esse soluendo reliqua. x. a seyo potero petere. Respon. ꝙ non [a seyo]. s. amico titij [quanto minus a titio consequi possim]. i. quanto possibile sit me a titio non consequi. similis expositio notatur. s̄. de re. di. l. vltima [petiero] litem contestando [non liberatur seyus] quia non litis contest. sed perceptione liberatur quis. vt. s̄. de his qui deie. vel effu. l. ij. [alioquin] i. non erat mihi vtile stipulari a seyo si litem contestando cum titio esset liberatus [fecerit]. i. soluerit [tenebitur] quia bona fides non patit̄ ⁊c. vt. j. de regul. iuris. l. bona fides. [exigere potero] quia constabat qđ titius poterat facere. v. ⁊ in. v. seyus [possim quanti] fui consecutus a seyo. vnde licet titius desinat esse soluēdo in. v. seyus non tenebitur amplius: quia ab initio fuit mihi liberum agere cum quo velim. vt. C. de fideiusso. l. liberum fuit. sed secus est in vltimis voluntatibus: quia si egi cum vno herede ⁊ partem sum consecutus possum agere cum alterutro. vt. j. de leg. j. l. si ex toto. §. j. vel quia ibi dicitur cum alterutro exponitur. i. cum altero. Or signor in principio. huius. l. vt tollatis quedam contra. not. ꝙ triplex est modus accipiendi fideiussores. est vnus modus si mutuo. x. tibi ⁊ volo ꝙ fideiussorem qui obliget insolidum. hoc casu non habet locum lex ista: immo hodie vtroqʒ presente. primo est cum debitore agendum: nisi esset renunciatum beneficio illius constitutionis. vt. C. de fideiusso. auten. presente. Alius modus est fideiubendi. puta si mutuo tibi. x. ⁊ dico ego: des mihi fideiussorem. dixisti tu: volo dare inquantum non inueniret̄ idoneus. ⁊ de tali loquitur hic igitur si egi cum titio non statim liberatur seyus. sed si titius soluit totum vel partem. quatenus soluit liberatur seyus vt. j. de verbo. obliga. l. x.

I ☞ Impersonalitas circa verbum executiuum obligationē non vitiat ⁊ tunc dando fideiussorem idoneum liberatur.

I Labeo ait. In. §. isto dicitur: fui stipulatus a te qđ curares decem mihi dari. nūquid postea teneris ad. x. mihi danda. certe non. quia videor stipulatus vt. x. soluas: vel idoneum fideiussorem in decē des. ⁊ ideo hoc casu non possum a te petere precise. x. dari. ⁊ hoc ait labeo ⁊ bene hoc dicit iste ver. videatis expositioneʒ litere. ⁊ caueatis vobis: qr hic est multiplex litera. vna dicit labeo ait eū. x. curari. ⁊ tūc sub. scilicet dari. Alij habent dari curari. ⁊ tunc legetis ita literam labeo ait. [cum. x. tu dari curari stipulatus sis ⁊c.] alij habent dari tantum. et tunc sub. curari et sic valet stipulatio que al's non valeret puta si promitteres ꝙ titius daret mihi. x. vt. j. de verbo. obligatio. l. stipulatio ista. §. primo in princip. ⁊ l. inter stip. in principio. ⁊ l. quoti. ⁊ instit. de inuti stipula. §. si quis alium [ꝙ] scilicet qđ liberatur promissor dando fideiussorem idoneum quando promisit. x. dari curari [offerat] scilicet mihi x. Or signori custodiatis vos hic aliud est si stipulor te curaturū decem mihi dari primo casu si velis dare fideiussores idoneos non liberaris. quia aliud pro alio inuito creditore ⁊c. vt. j. de constitu. pecun. l. promissor. stichi. in fin. ⁊ s̄. e. l. ij. §. appellata. nam satisfieri debet creditori quēadmodum voluit creditor. vt j. de pigno. actio. si rem. §. omnis. In secundo casu cum stipulor curaturum. x. mihi dare curare videris mihi. x. dari siue des x. siue fideiussorem idoneum. et ideo non possum te conuenire precise vt. x. des. vt hic ⁊. j. de verbo. oblig. l. si ita stipulatus fuero. l. ij. §. primo. ⁊ l. si quis ita stipula. fit. §. primo. ⁊ l. illa stipulatio habere. §. eum qui. secus est in vltimis voluntatibus fauore vltime voluntatis: quia si testator instituat te heredem ⁊ iubeat te curaturum. x. mihi soluere precise teneris mihi decē dare. ⁊ sic soluitur contra. j. de legatis primo. l. si heres. vj. carta. in principio.

De Iureiurando. Rubrica.

I ☞ Iusiurandum quid sit ⁊ quotuplex sit.



Vlia occasione rerū creditarum ⁊ mutui ⁊ certi condictione generali. de quibus. s̄. titu. proxi. dictum est. plerūqʒ defertur iusiurandum ponitur rubrica de iureiurando. Et quia iusiurandum aliud est voluntarium. aliud necessarium. ⁊ aliud iudiciale. dicit de iureiurando deferendo vel non deferendo. ⁊ quis sit effectus iurisiurandi videamus ⁊ subijciamus.

I † Et nota. ꝙ iusiurandum est proprie rei asserte ⁊ negate per deum firmata religio. vt. C. e. l. ij. ⁊. j. e. l. non erit. Item nota. ꝙ est triplex iusiurandum. est voluntariū: iudiciale: ⁊ necessarium. ⁊ dicitur voluntarium quod defertur a parte parti extra iudicium. ⁊ dicitur voluntarium: quia ex voluntate vtriusqʒ partis defertur ⁊ suscipitur: dicitur iudiciale quod defert pars parti iudice approbante in iudicio. Est necessariū quod defert̄ a iudice reo vel actori inopia probationū emergente. vt. j. de in litem iurādo. l. vltima. quidam tamen qđ nos vocamus iudiciale vocant necessariū ⁊ econtra. Item no. quod triplex est iusiurandum veritatis ⁊ credulitatis ⁊ affectionis. ⁊ est vnum sacramentum credulitatis. ⁊ istud est sacramentuʒ calumnie quod prestatur: quia iurat actor quod bona fide agit. ⁊ reus iurat quod bona fide venit ad contradicendum vt j. e. l. ij. in principio. ⁊. §. j. Et est aliud sacramentū veritatis cuʒ iuratur ita esse. ⁊ nō esse ⁊ istud aliud est voluntarium. aliud iudiciale. aliud necessarium. ⁊ est introductum ad lites decidendas. vt. C. de rebus credi. ⁊ iureiurando in rubrica. ⁊ l. in bone fidei. ⁊. j. de iureiurando. l. j. Est tertium sacramentuʒ quod est de affectione. vt sicut est sacramentum in litem. ⁊ de isto habetis rubricam. j. de in litem iurando. l. in actionibus. ⁊. j. de in litem iurando. l. alio. Est quartum sacramentum cum quis suscipit administrationeʒ reipublice. vt in autentica iusiurandū qđ prestatur ab his in rubrica. ⁊ de his sacramentis agitur principaliter in legibus nostris: quia rubrice inueniuntur. Sunt ⁊ multa alia sacramenta de quibus incidenter fit mentio in rubricis nostris. in libro nostro. vt est sacramentuʒ testis. vt. j. de testi. l. iurisiurandi. Item vt est sacramentum purgationis. vt supra de his qui ad eccle. confug. l. presenti. ⁊. j. de fide instrumento. l. vltima. ⁊. j. de iure dotium. l. penul. ⁊ vlti. Item sicut est sacramentum quod prestatur a tutore. vt. s̄. de episcopali aud. l. de creationibus.

I ☞ Iusiurandum est inductum ad lites finiendas.

I 

Maximum remedium. †

In. l. ista iuriscōsultus commendat delationem iurisiurandi: siue voluntarij: siue iudicialis siue necessarij. ⁊ in. l. ista dicitur ꝙ maximum remedium dirimendarum litium in vsum venit. ꝙ est religio iurisiurandi: quia iusiurandum defertur extra iudicium a parte parti ⁊ dicitur voluntarium vel defertur a parte parti iudice approbante. ⁊ dicitur iudiciale vel defertur a iudice inopia probationum emergente. ⁊ dicitur necessarium. hoc dicit ista lex. videte expositionem litere. [qua] scilicet delatione [decidūtur] ⁊ istud nuncupatur interdum voluntarium. interdum iudiciale. interdum necessariuʒ. Nam triplex est mod⁹ finiendarum litium: est vnus modus per rem iudicatam. vt. j. de re iudicata. l. prima. secundus modus est trāsactionis. vt. C. de de transactioni. l. fratris. est tertius modus puta per iusiurandum. ⁊ hoc est maximum. vt hic. ⁊. j. eo. l. proxima. Item nota ꝙ est triplex iusiurandum. voluntarium. iudiciale ⁊ necessarium. voluntarium dicitur qđ defertur extra iudicium. ⁊ quia defertur ex voluntate ⁊ suscipitur. vt. j. e. l. iusiurandum quod est iudiciale qđ defertur iudice approbante. ⁊ olim non poterat recusari. vt. j. e. l. manifeste. hodie sic. vt. C. e. l. generaliter. Est necessarium qđ defertur a iudice inopia probationum. vt. j. eo. l. admonendi. ⁊ dicitur necessarium qđ necesse habet iudex deferre vt. j. de in litem iurando. l. fina.

I ☞ Iusiurandum quaʒ similitudinem ⁊ dissimilitudinem habeat cum transactione.



Iusiurandum. In. l. ista dicitur ꝙ decisio cõtrouersie est genus iusiurandũ est species decisionis. ⁊ iusiurandũ habet similitudinem cum transactione. ⁊ habet maiorem autoritatem ꝙ̃ res iudicata [transactionis.] idest decisionis: quia hoc nomen decisio est genus. vel potest legi secundo modo iusiurãdum [speciem]. i. similitudinez transactionis
1 continet. Or signori. nota † hic ꝙ iusiurandum habet similitudinem in aliquibus cum transactione habet similitudinem in hoc. qđ sicut transactio est modus finiendarum litium vt. C. de transactio. l. fratris ita iusiurandum. vt hic. Item in alio habz similitudinẽ ꝙ sicut ex nudo pacto transactiõs datur exceptio vt. C. de transactio. l. siue apud acta: ita ex iureiurando. vt. ĵ. eo. l. ait pretor. Habet dissimilitudinem in aliquibus: quia ex iureiurando datur actio. vt. C. e. l. actori. ⁊. ĵ. e. l. si duo. §. pe. sed ex nudo pacto transactionis non datur actio. vt. C. e. l. siue. Item nota ꝙ in aliquibus est maioris autoritatis transactio quam iusiurandum. ⁊ in hoc: quia transactio vallatur consensu duoꝝ vel plurium: sed iusiurandum consensu alterius. vt cum est necessarium iusiurandum. Item transactio pretextu instrumenti nouiter reperti non retractatur. vt. C. de transactio. l. sub pretextu. sed iusiurandum sic. vt. ĵ. e. l. admonendi. Item nota ꝙ iusiurandum habet similitudinem cum re iudicata. naz sicut ex re iudicata datur exceptio rei iudicate: ita ex iureiurando. vt insti. de ex. §. ꝙ si deferente. Item sicut ex sententia condemnatoria datur actio in factum. ita ex iureiurãdo. vt. C. e. l. actori. In aliquibus autem differunt. ecce iusiurandum tollit naturalem obligationem ipso iure. vt. ĵ. e. l. vltim. ⁊. ĵ. de solu. l. stichum aut pam. §. naturalis qđ non facit res iudicata. vt. ĵ. de condi. inde. l. iul. verum. Item in alio res iudicata differt a iureiurando: q2 sententia lata pretextu nouorum instrumentorum nõ retractatur. vt. C. de re iudi. l. sub specie: sed iusiurandum sic. vt. eo. l. admonendi. Item sententia lata contra primã sententiam a qua non est appellatum non valet. vt. C. quando prouoc. non est necesse. l. j. sed iusiurandum sic. vt. ĵ. e. l. nam postea. §. si damnetur Item a iure iurando non prouocatur nec receditur ab eo. nisi in casu. vt. C. e. l. vlti. sed a sententia bene prouocatur. Item nota ꝙ aliquando sententia est minoris autoritatis ꝙ̃ sacramentum: quia minor contra sententiam restituitur. vt. C. si aduersus rem iudica. l. prima ⁊ per totum sed minor non restituitur contra sacramentum. vt. C. si minor se maio. dixerit. l. si quis alterius.

1 ☞ Iuramento prestito aduersario deferente standuz est in omnibus quo ad ipsos litigãtes secus quo ad extraneos. hoc dicit.
2 Iurare debet reus non vltro sed iureiurando delato ab actore vel a iudice.
3 Iuramentum defuncti nocet vel prodest heredi non alteri.
4 Et an sit locus delationi iurisiurandi in causa matrimoniali.



Ait pretor si is cum quo.

¶ Signor vos habuistis in duabus legibus precedentibus maximum esse remedium religionis iurisiurandi verum circa tractatum iurisiurandi
1 pretor facit edictum suum hic inseruntur verba pretoris. Ait pretor. si is scilicet reus cum quo ageretur cõditione delata iurauerit se non debere contra eum act. non dabo. ⁊ statim iurisconsultus exponit verba pretoris. [cum quo]. i. reo delata conditione. s. iurisiurandi. scz ab actore q2 si vltro quis iuraret nõ prodesset quia iam esset in sua potestate quandocũqꝫ vellet se ab actione vel ab obligatione liberare quod esse nõ debet. hoc dicit principium huius. l. [si is] scilicet reus [conditione delata]. i. delato iureiurando [iurauerit] sub. se non debere. vel ei except. dabo vel ei molestiam deinceps fieri non permittaz. vel continuetis verba ista cuz aliis positis. ĵ. e. l. ait pretor. in prin. odof. [eum] modo iurisconsultus. facit commentum super verbis pretoris ibi. vbi dicit si is cum quo ageretur. Unde not. ꝙ verba pretoris ponuntur materialiter non significatiue vt tamen iuuenes non mirentur. poteritis in litera subaudire vt facit vlp. [nec frustra] modo exponit alia verba pretoris edicti. ibi vbi dicit conditione delata ⁊c. [alioquin] idest si pretor teneretur iusiurandum nemine deferente [facilius] idest leuiter. [discurrens] scilicet vltro [liberabit] qđ esset absurdum. Un
2 de nota † in principio huius. l. ꝙ reus debet iurare non vltro: sed iureiurando delato ab actore vel a iudice. ⁊ ad hoc concor. ff. de dolo. l. si legatarius. Item si vltro quis posset iurare esset in potestate sua se liberare a creditore inuito ⁊ exemplo perniciosum est ⁊c. ⁊ ad hoc concor. ff. de arbitris. l. non distinguemus §. illud. C. de probatio. ⁊. l. exemplo pernitiosum est vnde aufertur occasio delinquendi. vt instit. vi bonorum raptorum. §. sed nedum. [quacunqꝫ actione] quia pretor dixit indistincte iurauerit exponit seipsum super quacunqꝫ actione siue reali vel personali. vel mixta vel quo interdicto quis conueniatur si iurat se non debere competit ei exceptio iurisiurandi. sed ⁊ si iuretur de condit. persone stabitur iuriiurando. ⁊ ideo si dico te in potestate mea ⁊ tu dicis quod non es si detuli tibi iusiurandum. ⁊ iurasti te in potestate mea non esse standum est iuriiurando. Itẽ si mulier petat se mitti in possessionem ventris nomine. si negetur mulier pregnans ⁊ aduersario deferente iurat se pregnantem mittitur in possessionem sine metu calumnie. si autem contra eum iuratum est non mittetur in possessionem. vt vnum sciatis si mulier iurat se pregnantem prodest ei. sed partui postea nato nec proficit nec nocet. ideo quia sacramentuz debet ei nocere vel prodesse non alii [quis conueniatur] sub. ab aliquo [si iurauerit] scilicet actore deferẽte. vt supra proxime dixi. ⁊ sub. [si iurauerit] scilicet se non teneri [proficiet ei iusiurandum] sub. quantum ad exceptionem iurisiurandi. vt infra eodẽ. l. ait pretor [siue in personam]. idest personali [siue in rem]. idest reali. [siue in factum] sub. que vendicat sibi locum vbicunqꝫ equitas suggerit actionem dari. vt infra de prescriptis verbis l. quotiẽs. [siue penali] idest furti non manifesti que est in duplum vel manifesti que est in quadruplum. vt. C. de furtis. l. de his. [vel quauis alia agatur] vtputa condictione furtiua. que est in rem. vt infra de condictio. furtiua. l. si pro fure [siue interdicto] vt instituta. de interdictis per totum [persone] idest de qualitate persone [tuebitur] semper intelligatis si iuratũ fuerit aduersario deferẽte. vt supra eadem. l. primo responso [tuebitur] iusiurandum: idest stabitur iuriiurando [vnde marcellus scribit] quasi dicat in genere dictũ est iurari super conditione persone: nunc infert in specie [deniqꝫ ait si de possessione] scilicet danda mulieri ventris nomine [contradiceretur] quod non esset pregnans. sub. [proderit] quia iste ver. non refertur ad proxime dictum [eovsqꝫ] idest interim. [an non sit] scilicet filius eius. [et ait] scilicet soluendo [alteri] idest partui [neqꝫ nocet] nisi ei qui iurauit. ⁊ ad istud accedit infra. e. l.
3 sed ⁊ si. in fine. ⁊ est hoc intelligendũ † quia non nocet nec pdest alteri qui omnino sit alter. nam sacramentum defuncti nocet vel prodest heredi. vt infra eodem. nam postea in fine. Item fallit in sociis. vt infra eodem lege duobus. in principio. ¶ Or signor habetis hic in fine huius. §. si mulier iurauit se pregnantem vel detulit iusiurandum ⁊ iuratum est eam non esse pregnãtem hoc iusiuranduz non prodest nec nocet partui. ¶ Sed ad istud opponitur ⁊ videtur quod sententia lata contra matrem preiudicet partui. vnde videtur contra infra ad carboni. l. prima. §. vltimo. Ad quod vos dicetis dupliciter. ⁊ vno modo sic sacramentum matris non nocet partui quantum ad plenũ preiudicium. vt hic. sed quantum ad quale quale preiudicium sic. vt ibi: vel dicatis scđo modo secundũ Ioan. ⁊ Azo. in. l. contra mota erat questio matri et partui et lata erat sententia contra matrem ⁊ partum. ⁊ ideo nocet matri ⁊ partui. ⁊ ideo non nocet partui propter sententiam latam contra matrem sed quia sententia lata erat contra partum. sed in. l. ista sententia lata erat contra matrem tantum. ⁊ ideo non nocet partui. ¶ Or signor super princip. huius. §. est insistendum. quia dominus Ioan. ⁊ Azo. scripserunt hic quandam magnam glossam que satis breuiter potest expediri. ⁊ in aliquibus bene dixerunt ⁊ in aliquibus minus bene. vos habetis in principio huius. §. quod super quacunqꝫ actione iurari potest ⁊ super conditione persone. ¶ Or querunt hic Ioan. ⁊ Azo. an in causa criminali iurari possit. ⁊ statim nos allegamus pro ⁊ contra. Et videtur qđ iurari non possit: quia iusiuranduz obtinet speciem transactionis. vt supra. l. proxima dixi. At in causis criminalibus non licet transigere vel pacisci. vt. C. de transactionibus. l. transigere nec ita iusiurandum poterit deferri. Econtra videtur quod in causa criminali possit iurari. quia iuratur in populari actione. que competit cuilibet de populo. vt infra eodem. l. eum qui. §. in popularibus. ita ⁊ in criminalibus videtur iurandum cum competat cuilibet de populo. vt institu. de publicis iudiciis. in principio. ¶ Sed dominus Ioan. ⁊ Azo dicunt sic. quod in criminali causa iusiurandum defertur et inducit exceptionem criminoso si iurauerit se non fecisse. ideo quia super quacunqꝫ actione potest iurari. quia super popularibus actio iuratur. vt argumentum infra eod. l. eum qui. §. in popularibus. Non obstat dicunt ipsi quod non licz transigere super criminali. igitur non debet licere iurare. quia ille qui transigit videtur de crimine confiteri. vt supra de his qui no. infa. l. quoniam. ⁊ ideo trãsactio est prohibita ne maleficia remaneant impunita. vt. ff. ad l. aquiliam. l. ita vulneratus. in fine. sed qui iurat omnino diffitetur crimen commisisse. vt. ĵ. eo. l. si duo. §. idem iul. ⁊. ĵ. de condict. furtiua

dictio.furtiua.l.si p fure.§.j. ¶ Or signor credo eos bene dixisse quo ad quid. et quo ad quid minus bene. et ideo consueui ita dicere iusiurandum voluntarium potest deferri et prestari in criminalibus causis. et sic fit tota die quando inculpatur quis de aliquo crimine ab aliquo. nam venit et iurat ei se non fecisse. et hoc fit illa ratione: quia non est prohibitum. ergo concessum vt.s.ex quibus causis maio.in integ.restitu.l.necnon.§. quod eis inquit pretor. et quia ad purgationem defertur vt.C.de his qui ad eccle.confu.l.vlti.§.sicubi. et licet sit iusiurandum ex conuentione: tamen in iure prohibitum est iusiurandum necessarium: et iudiciale et in istis non memini me legisse iusiurandum posse deferri: quia in criminibus requiruntur probationes luce clariores.vt.C.de probationibus.l.vltima. Item esset quedam collusio si in iudicijs liceret actori deferre iusiurandum. nec ipse iuraret se fecisse et adinuicem colluderent. et ista collusio in iudicijs reprobatur.vt.j.de preuarica.l.preuaricationis. Item iusiurandum quod defertur a iudice defertur causa cognita vt.C. e.l.in bonefidei. vnde si iudices nō deferunt sacramenta in causis ciuilibus: nisi causa cognita multo fortius in causis criminalibus non debz deferri cum requiruntur ibi probationes luce clariores.vt supra dixi. ¶ Sed denuo formant ipsi aliam questionez que non est questio iure nostro. nec iure can. que habet locum inter pauperes personas. dicit pauper cuidam mulieri. que est diues. tu es vxor mea. dixit mulier non sum. dicit pauper maritus. dicis tu quod non sum tuus maritus. defero tibi
4 iusiurandum. vel econtra dicit mulier marito † est ne locus delationi iurisiurandi in causa matrimoniali: videtur quod sic: quia non est prohibitum: ergo permissum vt in preallegato.§.inquit pretor. et infra de probatio.l.ab ea parte. sed iure cano. questio ista est spiritualis. et sic si fertur sententia a iudice seculari non transiret in vigorem rei iudicate. si sententia non transiret in vigorem rei iudicate: igitur nec iusiurandū potest deferri: quia ibi presumitur collusio. ¶ Sed denuo formant ipsi hic aliam questionem quid dicemus in causa conuersionis vel monachationis. dicit abbas tu es conuersus meus vel monachus meus dicit ille: non sum: defert iusiurandum. nunquid valet. et videtur quod sic: quia istud sacramentum est de conditione persone: vt hic dicitur. sed contra dicendum est: quia super causa conuersionis vel monachationis non potest iusiurandum deferri: vt in autentica vt liceat ma. et auie.§.quia vero.viij.colla. Vel potest dici quod super causa conuersionis vel monachationis potest deferri iusiurandum. et valet si fiat cum autoritate sui episcopi alias non. vt argu.C.de sacrosanct.eccle.auten.hoc ius porrectum. ¶ Sed denuo potest queri hic. quid dicemus in causa liberali: quia dico tibi quod tu es seruus meus tu dicis quod tu non es. nunquid potest deferri iusiurandum. potest distingui: quia si dico te seruum et defero tibi iusiurandum. et tu iuras te liberum valet iusiurandum fauore libertatis quod potest transigi.vt.C.de transac.l.vltima. Sed si tu defers mihi iusiurandū et iuro te meum seruum esse: nō valet iusiurandum: quia hoc nō potest esse nisi interueniant.v.que dicuntur. C.de liberali causa.l.nec siuoles. et plene dixi.s.de statu hominum.l.et seruorum [¶ Iurari autē oportet etc.] In.§.isto cum.l.se. et prin.se. dicitur quod reus cui defertur iusiurandum debet iurare eodem modo quo defertur. Verbigratia. detuli tibi iusiurandum vt iurares per deum tu iurasti per caput tuum vel filiorum tuorum. non habetur ratum hoc iusiurandum: sed si detuli tibi iusiurandum: vt per salutem tuam iurares et iurasti stabitur isti sacramento omne enim sacramentum est licitum: per quod quis voluit sibi iurari. hoc dicit iste.§.cum.§.sequ. vsque ad. §.diuus pius. videte expositionem litere [iurari autem oportet] scilicz vt stetur iur iiurando [habendum iusiurandum] quia non iurasti vt delatum est [quod si exegi] idest detuli [stabitur] sub. illi iuramento. [tuebitur] quia pretextu periurij non retractatur iusiurandum.vt.C.e.l.prima vnde not. sicut defertur iusiurandum: ita debet iurari. vt hic et sic responsio debet congruere interrogationi. vt infra de verborum oblig.l. prima.§.si quis.

Diuus pius. In.§.isto dicitur. si aliquis iurat propria superstitione: illud iusiurandū non habetur ratum [propria superstitione] idest propria autoritate.vt.s.e.l.ait pretor.in principio. vel quia vno modo defertur. et alio modo iuratur vt in principio huius.l. vel quia iurat per reprobatā lectionē.vt.j.e.l.§.si quis. [¶ Dato iureiurando etc.] in.§.isto dicitur si defertur iusiurandum: et tu iuras vt delatum est: siue iuras verum siue iuras falsum: standum est delationi iuriiurandi [quā si iuratum sit] cum pretextu periurij non retractetur iusiurandum vt.C.eo.l.j. [iurando] vt.j.e.l. duobus. in fine.

Sed et si quis. In.§.isto dicitur quod standū est delationi iurisiurandi: cum iusiurandum licitum est: sed si defertur per improbatam lectionem: puta per apollinem vel dyanam: non est standum delationi iurisiurandi. [lectionis] alias religionis [dicendum] idest perinde habendum: ac si non sit iuratum.vt.s.e.l.§.diuus. et est iusiurandum improbate lectionis. si quis iurat per iouem vel per medeam que fecit talia opera. idest quia fecit omnia mala. naz iusiurandum illicitum non debet seruari.vt.C.de leg. et con.l.non dubium.

Non erit.

1 ¶ Iuramenti delatio intelligitur vt incontinenti iuretur vel remittatur sed si remittatur pro nō delato habetur et remittere est volenti iurare iuramenti gratiam facere.h.d.

1 **Si neqz.** † In.§.isto dicitur. si ego petij a te.x. et detuli iusiurandum tibi. et tu non iurasti vel non suscepisti. nec est tibi remissuz iusiurandū: nō datur tibi exceptio iurisiurādi. secus est si suscepisti: et remissuz est tibi: quia tunc pro interposito debet haberi. vnde hec duo sunt paria. vel iusiurandum delatum et prestitum. vel velle iurare et esse remissum [paratus sit] cum non iurasset eo tempore quo delatuz fuit [quia ex eo] .i. ex delatione facta [remittitur] alias remittit [iurisiurandi]. Verbigratia peto a te.x. tu dicis nō debeo defero tibi iusiurandum. tu vis iurare ego dico sta. quia nolo quod iures [remitti debet] sed quia nō est susceptum: illud non potest dici remissum.vt.s.l. proxi.in fine.

1 ¶ Ex iuramento oritur exceptio reo et eius successori etiam in rem que exceptio impedit litis contesta. nisi altiorem requirat indaginem. h.d.

1 **Ait pretor.** † Signor prima verba pretoris: ait pretor. si is cū quo agetur conditione delata iurauerit: habuistis expo sita.s.eod.l.iij modo exponūtur alia et vltima que sunt illa si aliquis iurauit eius nomine de qua iusiurandum delatum est neque in eum neque in ipsum ad quem res pertinet act. dabo. Certe ista verba eius rei sunt ita intelligenda: siue reus iurauit siue de tota re: siue de parte nō datur actio in ipsum et sicut non datur in ipsum: ita nec in successorem eius. siue sit vniuersalis successor siue singularis. contra eum denegatur actio: si reus iurauit et constat eum iurasse. sed quid si reus dicit. tu detulisti mihi iusiurandum. dicit actor non detuli si probatur quod reus iurauerit. stabitur iuriiurando. [Dabo] sed obstabit ei iurisiurandi exceptio. [eius] incipit expositio vlp. verba eius rei [accipiendum] idest intelligendum [de parte sit iuratum] vnde obstat exceptio iurisiurandi cum pro parte possit iurari.vt.j. rerum amot.l. de rebus. vnde nota quod quid iuris est de toto quo ad totū. idem est de parte quo ad partem. vt hic et.s.de rei vendi. l.que de tota. [neque] exponit alia verba [succedunt] siue sit successor singularis siue vniuersalis: et sic iusiurandum est in rem. vnde not. quod exceptio iurisiurandi est in rem sicut est exceptio rei iudicate.vt.j.de exceptioni. l.exceptiones [actio] actori contra reum [est] postquā reus iurauerit se iurasse et quod dicit [act.dabo] sub. obstante exceptione iurisiurandi. non vt dicunt quidam ipso iure: quia per iusiurandum denegatur obstante exceptione iurisiurandi: non ipso iure.vt infra eo.l.nam postea in principio. ¶ Sed dicet mihi aliquis vestrum quid differunt ista verba pretoris hic posita ab alijs verbis positis.s.e.l.ait pretor. Dicendū est quod differunt in hoc quia illa verba respiciunt personam iurantis. ista verba respiciunt rem super qua iuratur. Vel ista verba possunt continuari cum illis verbis sic. accipiatis illa verba supra.eo.ait pretor. si is cōtra quez agitur conditione delata iurauerit: accipiatis postea illa verba eius rei de qua iusiurandum delatum fuerit neque in eum neque in ipsum ad quem ea res pertinet iudicium.i. actionē dabo. vnde secundū hoc istud edictū habet duo capita. primū caput respicit personam iurantis. secundum caput respicit rez super qua iuratum est.

Nam et postea.

1 ¶ Ex iuramento oritur actio et exceptio et etiaz pro veritate habetur hoc dicit.
2 Paria sunt vel cum delatum est iurare vel dum vellet iurare esset sibi remissum.

1 **Iureiurando.** † In.§.isto dicitur si actor defert iusiurandū reo. et reus iurat se dari [non oportere]. vel dum vult iurare actor remittit ei. his casibus reus habebit exceptionem iurisiurandi et sui successores. Si autē reus detulit actori et actor iurauit sibi deberi ex illo iure iurādo queretur sibi actio: in qua actōe nō queretur amplius an iurauerit

rit verum vel falsum: sed queritur solūmodo si iurauit sibi dari oportere vel dum vellet iurare ei remissum sit [dato]. i. prestito ⁊ intelligatis de iureiurando: siue voluntario siue iudiciali siue necessario [exceptio] scilicet iurisiurandi. [alijs] idest is ad quem ea res pertinebit. vt. s̄. eod. l. ait pretor. ij. in fine. [sit] scilicet a reo. ¶ Or signor ex isto. §. colligetis duo nota. ⁊ sta

2 tim colligetis: nota. † ista duo sunt paria. vel cū delatum est iurare. vel dum vellet iurare esset sibi remissum. vt. s̄. eod. l. maximum. Item nota si iurat reus se dare non oportere querit sibi exceptionē iurisiurandi. vt hic. ⁊. s̄. e. l. ait pretor. in fine. Item si actor iurat sibi deberi datur sibi actio. Sed que ⁊ respond. in factum si iurat informiter. i. si non adijcit causam quare sibi debetur. vt. C. e. l. actori: sed si iurat formiter. idest adiecta causa: quia iurat sibi deberi ex empto. habet vtilem actionem ex empto. vt. j. eo. l. si duo. §. si quis. ⁊. j. eo. l. sed ⁊ si possessori. in principio. ⁊ in fine.

1 ☞ Sententia lata per iuramentum valet et producit illos effectus quos produceret si esset lata per veras probationes. hoc dicit.

1 **Si damnetur quis.** †. §. iste habet duplicē intellectum. ⁊ vno modo ponitur ita casus. conueniebam te furti act. tu detulisti mihi iusiurandum vt iurarem si illud furtum feceras: iuraui te furtum fecisse post iusiurandum a me prestitum iudex condemnauit te furti act. nunquid eris infamis. Rñdetur ꝙ sic. hoc dicit iste. §. videte expositionem littere. [si damnetur quis] scilicet reus [post iusiurandum] scilicet prestitū ab actore [ex famoso iudicio] puta act. furti. [magis est] sub. quā contrariū. Et est ratio quia nō potest facere preses quin damnatus furti ⁊c. vt. s̄. de his qui notantur infam. l. j. ⁊. j. de furtis. l. non potest. Item quia sacramentum pro veritate accipitur. vt. j. e. l. sed et si possessori. §. primo. ⁊ hec est plana lectura. legitur ⁊ secundo modo iste. §. vt ponatis ita casum. Conueniebam te furti acti. tu dicebas te non fecisse furtum detuli tibi iusiurandum. tu iurasti te non fecisse furtum. ego iterato dudum postea conueni te acti. furti cum deberes opponere except. iurisiurandi. nō opposuisti. postea probaui te furtum fecisse: iudex condemnauit te act. furti. nunquid efficieris infamis. Respondetur ꝙ sic. et secundū hunc intellectum exponitur hec litera. [si damnetur quis] reus. sub. ideo quia post iusiurandū nō opposuit exce. iurisiurandi. quia excep. iurisiurandi est peremptoria. vt. s̄. l. proxima. al's ait pretor. vnde si conuenio te iterato ante sententiā debes eam opponere. vt. C. sententiam rescin. non posse. l. perēptorias. ⁊ secundum istum intellectum nota. hic quod isto casu minoris autoritatis est iusiurandum quam sententia: quia sententia lata contra sententiam latam non valet ipso iure. vt. C. quando app. non est necesse. l. prima sed sententia contra iusiurandum tenet: vt hic. sic ⁊ in pluribus alijs differunt. vt not. s̄. eo. l. j.

1 ☞ Iuramentum vim habet litis contestationis ideo perpetuat actionem vbicunq; per litem contestatam perpetuaretur.

Si is qui. † In. §. isto dicitur si tenebaris in aliqua temporali actione ad. x. puta redhibitoria vel quanto minoris. ⁊ cepi te conuenire illa temporali actione ⁊ detulisti mihi iusiurandum. ⁊ ego iuraui te mihi dare debere. nunquid elapso anno vel sex mensibus eris liberatus: certe nō quia sicut per litis contestatio. habet perpetuari actio. ita per iusiurandū: quia iusiurandum obtinet vicem rei iudicate. hoc dicit iste. §. videte expositionē litere [si is] scilicet reus [qui tēporali] puta redhibitoria vel quāto minoris. vt. C. de edil. act. l. secunda [detulerit] scilicet actori. [tempore non liberatur] elapso anno vel sex mensibus. [perpetuat ve obligatio aduersum eum] sub. vsq; ad. xxx. ann. vt. C. de prescriptio. xxx. vel. xl. anno. l. sicut in rem. sic ⁊ per iusiurandū habet perpetuari actio loco sumpto a pari quia obtinet vicem litis contesta. vt infra. e. l. qui iurasse. ⁊. l. seq. In aliquibus tamen actionibus est quod non perpetuatur litis contestatio. nec iuramento. vt in acti. de dolo. vt. C. de dolo. l. vltima. Item iudicis officio quo petitur in integr. restitu. vt. C. de temporibus in integrum restitu. l. superuacuam.

1 ☞ Minor aduersus delationem iuramenti restituitur et agere potest actione prima ⁊ si excipiatur contra eum de iuramento poterit replicari prehabita tamen restitutione in integrum eodem tamen modo ⁊ infra illa tempora sicut si principaliter restitutionem in integ. petijsset. h. d.

1 **Sed minor.** † In. §. isto dicitur si minor vigintiquinq; annis adultus carens curatore detulit iusiurandū sine autoritate curatoris. si lesus est poterit agere prima act. ⁊ si reus excipiat de iureiurādo poterit replicare se lesum vnde si probet se minorem ⁊ lesum restituet ⁊ hanc replicationē poterit opponere infra. xxix. an. nō vltra hoc dicit iste. § . videte expositionem littere. [si minor. xxv. an] scilicet creditorum [hanc replicationem] . s. quam facit minor petendo restitutionem in integ. [docuit] nam regulariter qui vult restitui debet probare duo se minorem ⁊ lesum. C de in integ. re. lege minoribus. fallit odio creditoris. vt. C. si aduersus creditorem. l. j. et. ij. [non debet egredi] quod tempus erat olim annus vtilis. hodie quadriennium continuum de temporibus. in integ. resti. l. superuacuam. Unde nota. hic sicut beneficium restitutionis in modum petendi debet peti ⁊ proponi infra statutum tempus: ita in modum replicationis nam tanto tempore debet durare replicatio quāto actio: quia replicatio est vt. j. de excep. l. ij. ⁊ idē est in replicatiōe doli. qr quanto tempore durat actio doli. tanto ttmpore debet durare replicatio doli. vt. j. de peculio. l. quesitū scio. in fi. secus est in except. doli: quia non est in potestate rei qnando conueniatur. vnde durat perpetuo vt infra de doli except. l. pure. in fi. ⁊ idem potest dici in except. minoris etatis. scilicet quod duret perpetuo. quia que sunt annua ad agendū perpetua sunt ad excipiendum. vt. C. de except. l. licet. et. j. de superficiebus. l. prima. Sed potest dici quod sit speciale in integ. re. quod siue proponatur in modum agendi siue in modum excipiēdi vel replicandi debet proponi infra statutum tempus. vt hic. ⁊ de ista materia plenius dicam. s̄. ex quibus causis maio. l. nec nō §. exemplo.

1 ☞ Contra iuramentum prestitum in fraudem creditorum succurritur creditoribus replicando et excipiendo hoc dicit

1 **Si quis.** † In. §. isto dicitur. si debitor in fraudē creditorum suo debitori defert iusiurandū: nō obest creditoribus et si opponat debitor except. iusiurādi creditores replicabunt contra eum de fraude. Preterea si debitor in fraudem creditorum alicui defert iusiurandum vt iuret se sibi. x. dari oportere illi creditori debet denegari act. ⁊ replicari contra eum de fraude. [detulerit] debitori suo vt iuret se non debere creditoribus in quorum fraudem fuit delatum iusiurandum. vnde agent reuocatoria act. vt infra. que in fraudē creditorum. l. prima in fine. et. l. ij. ⁊. l. iij. vel agent pauliana. sꝫ si ille excipiat de iureiurando replicabunt quod debitor detulit iusiurandum. [⁊ si fraudator]. i. debitor. x. dari oportere. sub. ⁊ ille iurauerit. [mox] id est statim. [bonis eius] scilicet debitoris [volet] subaudi ille cui in fraudem iusiurandū est delatum ⁊ prestitum. [denegari act.] sub. ipso iure [creditorum] vñ ex tali iureiurādo nō debet posse experiri. vnde no. sicut debitor qui detulit iusiurandū potest vti except. iurisiurādi ⁊ non numerate pecunie. vt argumentum. C. de non numerata pecunia. l. si quasi. ita creditores poterunt vti except. vt hic. ne fraudentur suo debito.

1 ☞ Iuramentum procuratoris vel defensoris prodest domino quoad actionem et exceptionem.

1 **Iusiurandum.** In. §. isto tractatur de † effectu iurisiurādi ⁊ de iureiurando defensoris ⁊ procuratoris. Et dicitur in. §. isto si aliquis defendit me sine mandato ab eo qui contra me experitur. vel si aliquis cum mandato defendit me indubitanter si huic defensori vel procuratori iusiurandum delatum est iurauit se dare nō oportere queritur mihi exceptio iurisiurandi. ⁊ idem si ecōtra. conuenio te per procuratorem: ⁊ tu defers iusiurandum procuratori meo: ⁊ ipse iurauit te mihi dare oportere. nam ex suo iureiurando dabitur mihi actio [defensoris] sine mādato vel procuratoris cum mandato. vt. s̄. de procur. lege. prima et lege si procuratori [except.] iurisiurandi [idem est] id est ecōtra vel econtrario [rem meam ⁊c.]. i. domini sui habet rationem. Or signori habetis hic quod ex iureiurando procuratoris vel defensoris queritur domino actio ⁊ exceptio. videtur contra. s̄. de procu. l. non solū. §. qui alieno. Ad quod potest dici ibi loquitur in iureiurando voluntario. hic loquitur in iudiciali. ⁊ ita in hoc differunt iusiurandum voluntarium et iudiciale. Item in alio differunt. vt dicam infra eo. lege admonēdi. Uel potest dici quod ex sacramento defensoris vel procuratoris non datur actio directa domino vt ibi datur tamē vtilis vt hic. Unde no. ꝙ licet per procuratorē non queratur actio. regulariter vel per liberā psonam. vt. C. p quas pso. nobis acqui. l. j. fallit in iudicijs vt hic. et. s̄. de procur. l. in cause. §. si ex parte. Item fallit ratione presentie vt infra de verborum obliga.

si procura.

l.si procuratori.Item fallit in subsidium procuratore nõ exñte soluendo.vt.j.de instito.acti.l.j.z.l.si eo.z idem in pretorijs stipulationibus.vt.j.de pretorijs stipu.l.in pretorijs.

1 ¶ Actori super actione reali iuranti rem esse suã datur contra deferentem actio non contra alium sed possessori iuranti rẽ actoris non esse datur contra deferentem exceptio non autem actio secus si iurauit rem suam esse quia tunc etiaz datur actio si ad deferentem peruenit possessio.h.d.

1 **Si petitor.** In.§.isto cuz l.seq.z prin.seq. tractat iuriscõ.quid iuris sit si aliquis petit rei vend.a possessore:z possessor defert iusiurandum petitori:z petitor iurat rem suam esse vel econtra petitor refert possessori:et possessor iurat rẽ non esse petitoris.z in.§.isto cũ.l.seq.z princ. se.ponitur casus talis.petebam a te rem aliquam rei ven. qua tu possidebas.detulisti mihi iusiurandum z ego iuraui meam esse nũquid dabitur mihi actio.certe sic cõtra te z aduersus heredem tuum.sed aduersus alium contra quem non iuraui non dabitur mihi actio.quia iusiurandum delatum inter me z te nõ debet alij nocere vel prodesse.Item ponamus quod petebam a te rei ven. rem quam dicebam meam esse.detuli tibi iusiurandum.tu iurasti meam non esse.nunquid proderit tibi iusiurandum contra me.sic certe quãdiu possides z non cõtra alium:vnde contra me habebis exceptionem iurisiurandi quãdiu possides.sed si cecidisti a possessione si apprehendi possessionem nõ habebis act.cõtra me: quia non iurasti rem tuam esse:sed meã non esse.sed si iurasses tuam esse z meam non esse:contra me nedum habebis except. immo z acti. Sed ponamus ꝙ peto a te rem rei vendi.z iuro rem meam esse:non solum debes mihi rem restituere.immo z fructus. Item si peto ancillam z iuro meam esse.non solum debes ancillam restituere immo z partum:sed si peto pecora et defers mihi iusiurãdum: non solum si iuro mea esse debes mihi restituere pecora: immo z fetus.hoc dicit. §.cũ l.seq.z princi.se.vsqz ad.§.item si iurauero.videte expositionez litere[petitor]scilicet qui agebat rei vendicatione.quia proprie est actio in personam petitio in rem. vt.j.de verborum significa.l.actio in personam[actio]vel in factum.vt.j.eo.l.sed z si possessor.vel vtilis rei vendica vel.publi.vt.j.plene dicam [alium]scilicet qui mihi detulit vel non successit in locum eius [esset]vt.C.res inter alios acta.per totum.z.l.proxima.z.s.e. l.iij.in fine. z hucusqz locutus est quando possessor detulit petitori iusiurandum:nunc loquitur econtra quando petitor detulit possessori[in factum ei dandam]ad recuperandam possessionem.[placuit]vt.s.de rei vendi.l.fructus.z.l.si nauis.§. vltimo.[delatum]nam in rei vẽdicatione z in petitione heredi. veniunt fetus z partus. vt.s. de petitione hereditatis. l.sed z si possessor.§.vlti.z.l.sequenti. ¶ O: signori in principio huius.l.voluit quidam vt pla.z eius sequaces colligere argu.qd vbi pactum fit ad excipiendum parit exceptionem.non autem actionem.sed si fit ad agendum parit actionem z exceptionem quia cui damus actionem: multofortius exceptionem. vt.j.de regu.iuris.l.inuitum.§. cum damus. que opinio non est bona. nam pactum quod fit ad accipiendum potest parere actionem z exceptionem:nam si lego meo debitori liberationem: non solum habet exceptionem: immo actionem ex testamento vt liberetur.vt.j.de libe.lega.l.ꝙ mihi.z plene dicam de hoc supra.de pactis.l.iuregentium.§.adeo.vnde hic amplius modo non dico. Sed quia dominus Jo.z Az.circa. §.istũ si petitor. z.l.sequentes:hic multa scripserunt que videntur mirabilia z plusꝙ mirabilia.z ideo ne ista conuertantur in nimiam admiratione aduertatis diligẽter que circa materiaz istam explicabo: quia clarius insistam quam ipsi faciãt.Et statim ita quero in. §.isto dicitur si tu possides rem meam z peto a te rei vendi.z te deferẽ te iuro meam esse habeo act.contra te: z succedentem in locum tuum.Sed quam acti.habeo:z circa hoc videtur ita distinguẽdum:aut iuro rem meã esse informiter nõ adiecta causa quo casu habeo act.in factum contra te. Aut iuro rem meam esse formiter.i.adiecta causa:quia dico ꝙ res mea est: quia titius dominus mihi vendidit z tradidit eam quo casu habeo vtilem ex precedenti causa quod probo verum esse istis rationibus:ecce vna lex dicit si aliquis iurat rem suam esse si possidet habet exceptio.iurisiurandi.vt.j.e.l.sed z si possessori in fin.j. responso. Idem dicimus in personalibus acti.si ego actor deferente reo iuro mihi deberi.z.nam si informiter iuro habeo actio.in factũ vt.C.eo.l.actor.Si formiter habeo vtilem ex precedenti causa: vt ista probantur.j.e.l.si duo.§.si quis iurauerit.Sed lex videtur contra.z videtur quod habeam publicianam z contra deferentem z contra omnem hominem preterꝙ contra verum dominum.vt.s.de publi.l.eũ qui.§.petenti.ad qd dicetis si ego petitor nitor ex dilatione iurisiurandi:tũc ago actiõe in factũ:si informiter iuraui:sed si iuraui formiter vtilem ex precedenti causa:sed si nitor ex traditione mihi facta: tunc habeo publi. quia vbicunqz a non domino traditur mihi res ex causa habili ad dominium transferendum:z tali ex qua transfertur dominium si tradens esset dominus datur mihi publici.vt.s.de publici.l. prima z secunda.Sed istud est mirabile quomodo si peto a te rem meam:z sum dominus iuregentium. vel ciuili habeo directã rei ven.vt.s.de rei ven.l.in rẽ act.in pri.si defers mihi iusiurandum per delationem inducitur litis contestat.vt.s.e. l.si is qui.§.si damnetur.z quis litem contestando non consueuit facere conditionem suam deteriorem.vt.j.de regulis iuris.l.nemo.sed modo facio conditionem meam deteriorem litem contestando:quia habeo vtilem ex iureiurando:cum primo habebam directam. ¶ Item sententia debet mihi pro quo fertur prodesse:non ei contra quem iudicatum est.vt.j.de re iudica.l.euidenter.vnde ante sententiam habebam directam rei vendicat. modo habeo vtilem publi.z condemnaberis mihi ad restituendam rẽ:z ex vi restitutionis habeo publi.ergo sententia non prodest mihi immo nocet: quia primo habebam directam rei ven. modo habeo publi.z rei vendi. vtilis datur contra omnem hominem:publi.non: quia non datur contra verum dominum.vt s.de publi.l.penul.z vlti.Item traditio ex sententia debet mihi aliquid prodesse:quia traditio debet aliquid operari.vt.C. de pactis.l.traditionibus.mihi nõ prodest:sed nocet: cum primo habeam directam rei vendica. modo habeo vtilem publi. Ad istud quidam dixerũt si petitor iurat rem suam esse habet actionẽ in factũ nihilominus retinet rei ven.directã quã añ habebat:z ita euitant illam absurditatez quod non habet vtilem ex precedenti causa: sed non euitant aliam quia ex vi traditionis facte per sententiam habet publi. quod videtur esse mirabile: quia qui habet rei vendica.directaz debet esse dominus:qui vero publici.habet:dicitur esse quasi dñs:non dominus:z ita aliquis est dominus z non dominus.Quare dicetis si petitor vẽdicat rem suam habet directam rei vendi.si deferente possessore iuro rem meam esse habeo in factum ex iureiurando informiter: vel si formiter habeo vtilem ex precedenti causa: istud non nocet mihi:quia habeo bene directam rei vendica.vnde si iuro rem meam esse:habeo in factum ex iureiurando. Item si iudex condemnat te ad rei restit.habeo aliam in factum ex sententia. vt.C.eo.l.actori.vnde efficitur melior mea conditio per sententiam z iusiurandum: quando ante iusiurandum z ante sententiam habebam rei vendi.directam que datur contra illum qui habet facultatem rei restituende.vt. s.de rei vendi. l.officium. in fine.iureiurando delato habeo in factum ex iureiurando.et sententia lata aliam in factum ex sentẽtia.Vnde remanet mea prima directa:si iuro formiter rem meam esse: non perdo directam quia illam habebo cõtra omnem hominem:vtilem habebo contra te:z contra successores tuos:non contra alium: si tu restituas mihi lata sententia:ex vi restitutionis vtar publi.cõtra omnem hominem: z non perdam directam rei vendi. vnde rei vendi.habebo contra omnem hominem:z publi.contra omnem:preterquã contra verum dominum:ex quo apparet quod non efficitur deterior mea conditio litem contestando: immo melior:quia habeo plures actio.z expedit mihi habere plures actio.vt si non possim probare in vna probem in alia: nisi vna electa tollatur alia.vt.j.de tribu.l.quod in heredem.§.eligere: nec approbo opinio. illorum qui dixerunt ex voluntario iureiurando oriatur in factum actio non ex iudiciali vel necessario dicentes si nascitur actio ex iudiciali vel necessario iureiurando qñ nascetur ex sententia.respõ.non est inconueniens: sicut non est inconueniens in actiõe ex empto. vt.j.de actio. empti. l.non est:idem posset existere casus quod non ferretur:nam alibi hoc inuenio ex confessione nascitur actio in factum.vt supra de interro.act.l.qui seruum:z tamen ex sententia nascitur alia. vt.C.eod.l.actori.Sed quero cum peto rem meam a te z tu defers iusiurandum nascitur in factum.Sed vnde nascitur.respõdeo a pretore de benignitate indulgetur.sic. s. si quadru.pau. fe.di.l. prima vel dicam nascitur ex iureiurando: quia sicut in iudicio quasi contrahitur.vt.j.de peculio.l.licet.§.ibidem.Itẽ ex delatione iurisiurandi:si dicas quando nascitur possum dicere ꝙ concipitur z nascitur ex iureiurando si illam rem nõ restituas.Si autem restituas:nascitur z concipitur ex vi restitutionis lata sentẽtia:simile dicimus in directa pigno.vt.j.de pignoribus.l. si rem.§.omnis.



Sed z si ¶ Fructus.Si peto rem z te deferẽte iuro rẽ meã esse non solum debes restituere rem immo fructus.item si peto ancillam z iurẽ meam esse:non solum debes ancillam restituere: immo partus: sed si peto pecus z defers mihi iusiurandum non solum debes restituere pecus:immo fetus.hoc dicit[placuit]

vt.C.de rei vendi.l.fructus.z.l.si nauis.§.fin.[delatum.]nam in rei vendi.z in peti.here.veniunt fructus z partus.vt.s.de peti.here.l.sed z si le.§.sed z si lege.z.j.de leg.j.l.cū filijs.§.varijs Item vtilius est pone q reivendica.te conuenio pōt esse q sum dominus:z tamē non possum hoc probare:si detulisti mihi iusiurandū z iuraui rem meā esse vtilius erit mihi agere vtili rei vendi.quia non habeo necesse probare nisi q te deferente iuraui rem meam esse item insuper est mea vtilitas q ex restitutione habeam publi.quia vtilis reivendi.mihi quesita ex iureiurando datur solum cōtra te z successores tuos: sed publi.datur mihi contra omnē hominē.preter q contra verum dominum vt.s.de publi.l.pen.z fi.simile est inuenire in personalibus act.quia si peto a te rem vel.C.z te deferente iuraui te mihi debere.C.datur mihi ex iureiurando act.in factum:z nihilominus remanet mihi mea personalis actio:z quia qd non mutatur non prohibetur stare.vt.C.testamentis.l.scimus.C.de ap.l.precipimus. idem dicimus inuenire in iureiurando datur act.in factum. vt j.de re iudi.l.miles z nihilominus remanet vetus act.vt.s.de pigno.l.grege.§.si fundum.Sed quid iurauit possessor rem suā esse:nunquid habebit publi.sicut si petitor iurat rem suam esse z si ei restituit:z videtur q sic:quasi res est apud possessorem: et dimitto rem apud eum ex vi delationis z prestationis iurisiurādi:illa dimissio pro traditione habetur. vt institu.de rerum di.§.interdum:vel potest dici q habeat actio.in factu3 si causa adiecta iurauit contra me z non contra alium: z dico q illa dimissio non habetur pro traditione:quia aliud est in contractibus vbi res dimittitur ex volūtate:sed hic dimittit a me.s.inuito.

1 ☞ Uerba iuramenti si non possunt stare secundū propriam significationem intelliguntur scdm impropriam.

1 **Item si iurauero.** †In.§.isto dicitur si peto a te vsumfr.alicuius rei:dicens q meus est vsufru.vel quod teneris mihi in re illa vsufru. prestare si te deferente iuraui vsumfru.meū esse:vel te vsumfru. mihi dare oportere:eatenus durabit vsufru.quatenus duraret si in veritate haberem vsumfructū in ea re constitutū per cōtractum:vel in vltima voluntate:z quibus casibus amittitur vsufr. z eisdem nunc amittam.Sed quid si iuraui habere vsumfruct. aliquarum rerum in quibus propter abusum vsufr. haberi nō potest stabitur ne sacramēto meo:si iuraui aduersario deferente:certe sic.vñ hic inspicimus effectū iurisiurādi.vnde sicut si esset constitutus quasi vsufru.in illis rebus autoritate senatuscon.ita si ɔstituit iureiurando:ero vsufructuarius oblata cautione de restituenda finito vsufru.hoc dicit iste.§.[esses.]z ita iam constitutum.vt.s.de vsufru.l.iiij.[mihi oportere.]z ita cōstituendum vt.C.de vsufr.l.corruptionē.[eatenus].i.vsq3 ad illud tempus.[competit actio].s. in factu3:si iuraui informiter vel si iuraui adiecta causa:vtilem ex precedenti causa: vt plene dixi.s.e.l.nam postea.[quibus vero casibus amitteretur].s.si vere constitutus esset vsufru.vt puta morte vsufru.z capitis diminutione qualibet olim: sed hodie media et maxima.vt.s.de vsufru.l penul.[actio.]vnde si iuraui vsufr. meū esse sicut si in veritate esset ɔstitut⁹ haberē actionē:ita si iuraui meū esse: vel mihi dare oportere:z est ratio:q2 iusiurandum pro veritate habetur quod est notandum:z ad hoc facit.j.eo.l.quotiens.[sed si.]incipit secundus casus.[non potest.]vt in rebus que vsu non consumuntur:vt in pecunia numerata:z in vino z in oleo cū vsusfru.dicatur ius vtendi fruendi zc.vt.s.de vsufr.l.j.sed in rebus que vsu consumuntur propter abusum earum in illis reb⁹ non consistit vsusfru.sed quasi vsusfr.auxilio senatuscō.vnde si testator legat mihi vsumfru.c.li.heres dabit mihi.c.lib.z ego cauebo quod tantūdem soluam ei:non illas.c.lib.vt.s.de vsufru. earum rerum que vsu consumuntur.l.j.[sequendum arbitror] idest sententiam z sensum.non verba.¶Unde colligimus hic arg.ad testes:si dicunt aliquid z improprie loquuntur: q2 non damnamus eum cū effectum verborum spectemus:iuxta id potius sensum quam verba spectamus.vt.s.de le.z se.cō.l.scire.z j.quod cum eo.l.si filius.z.j.de adimen.leg.l.iiij.§.conditio. vnde si verba testis nō valent vt testis profert:debēt valere vt possunt:z ad hoc est argu.s.de pactis.l.si vnus.§.si acceptilatio.z C.de mili.testa.l.in testamento.z insti. de adop.in fi.[oblata] de tot rebus restituendis.vnde vsufru.non potest petere vsumfru.nisi offerat cautionem.vt.C.de vsufru.l.j.z.s.de vsufruc.l.si vsusfructus.

1 ☞ Iuramentum habet vim probationis sententie inter easdem personas non inter alias.

1 **Si cum hereditate.** †In.§.isto cum.l.seq. dicitur:si de hereditate ticiana est cōtentio inter me z te:z peto ea3 a te: quia possides si te deferente iuro meam esse perinde est ac si iudicatū esset inter me z te hereditatem ad me pertinere. vnde teneris restituere non solu3 res quas possides immo quas cepisti postea possidere:z ideo vtilis actio mihi competit contra te z ideo si illam hereditatem possideo:z tu velis a me petere: repellam te exceptione iurisiurandi:non alium:z ideo si alius petit a me. non obijciam ei exceptionem iurisiurandi:sed debeo probare ad me pertinere:vel de nouo esset locus delationi iurisiurandi inter me et eum:z idem est si velim ab alio petere rem hereditariam quia non proderit mihi iusiurandum delatum a te contra alium:quia si petijssem a te hereditatem z probassem eam meā nihilominus si peta3 ab altero habeo necesse probare eam esse meam:hoc dicit iste.§.cum.l.seq.videatis expositionem litere. [si de hereditate]scilicet titiana.[inter me]scilicet petentem [z te]scilicet conuentum. [meam esse]. scilicet te deferente. [pronunciatum esset.]quia iusiurandum obtinet vicem sententie.[esse]quia iusiurandum pro veritate accipitur.vt.j.e.l.quotiēs.[quas tunc]idest tempore iuramenti prestiti.[mihi competit]idest in factum si iuraui non adiecta causa . vt nota. s.l. proxima in fin.z dicitur vtilis actio in factum.vt.j.de pres.ver. l.quoti.nam in petitione hereditatis veniunt res etiam quas possessor cepit possidere post litem contestatam ante sententiā vt.s.de peti.heredita.l.item veniunt.§.ij.z.l.si quo tempore.vnde nota.hic quod ista duo sunt paria me probare hereditatem meam:esse vel deferente te iurare hereditatem meam esse:quia iusiurandum est species probationis. vt. j.e.l. quotiens.secus est in famosis actionibus: quia non eo ipso quod probo te fecisse furtum es infamis nisi fueris condemnatus.vt.s.de his qui notan. infa.l.athletas.in fi.z.l.se.[iurandi.]quia cui damus act.si non possideat multo fortius excep.si possideat.vt.j.de superfi.l.j.i fi.z.j.de reg.iu.l.inuitū.§.cui damus.[prodesse.]q2 res inter alios acta non debet alijs obesse vel prodesse quantū ad plenum preiudicium:vt hic:z.s.e.l.quia non debet.z.C.res inter alios acta in rub. z in nigro . ¶Uerum tamen prodest z nocet ad semiplenum preiudicium: z quale quale vt.j. de ap. l.a sententia.sed inter easdem personas nocet z prodest: etiam si in alio iudicio actum fuerit vt.C.de liberali causa.l.iubemus [necesse haberem.]quia sententia inter duos facta inter eos tantum debet obesse:vt.C.quibus res iudi.non nocet.l.ij.item si agerem publi.contra alium.si probarem me dominum excluderis a publiciana: vel si aduersarius probaret se dominum excluderet a publici.vt.s.de publici.l.penul.z vlt.si autem non probo me dominum nec ipse probat se dominum vinco:non ex illa parte q contra alium iuraui : sed ex illa parte q probarem hereditatem meam esse per iusiurandum quod est species probationis.vt.j.e.l.quoti. z.s.dixi.

1 ☞ Si alter ex patronis excludatur a iure patronatus per iuramentum liberti delatum ab ipso portio sua alteri non accrescit sed hec exclusio bene facit presumptionē aliqualem pro altero vt ipse sit insolidum patronus si hoc ipse patronus asserat licet libertus neget z constet ipsum esse patronum non tamen constet quod sit insolidum.hoc dicit secundum vtranq3 lecturam.

2 Iuramentum prestitum contra vnum patronum non nocet alij compatrono vel prodest.

Iusiurandum inter aliquos delatum alijs non obest vel prodest.

1 **Si duo patroni essent.** †Signori.l.ista reputatur valde difficilis:ideo q2 litera huius.l.in sui prin.est cerea z meretrix: q2 sicut cera z meretrix,trahit a dextra z a sinistra: ita prin.hui⁹.l. z hec lex in sui pricipio legit dupliciter.z vno modo secundum dominum Ioā. z a3. z de isto intellectu satis crude glo.nostre faciunt mentionem.Alio modo legitur secundum dominum meum Ja. bal. z quocunq3 modo legatis ad euidentiam huius.l.istud premittetis:si libertus caret descendentibus et ascendentibus ;vt omnis cesset opinio; z collateralibus scilicet fratre z sorore:si decedit intestatus patronus succedit ei insolidum : vel si decedit testatus extraneo instituto z patrono preterito:patronus habet bonorum poss. contra tabu.in bonis liberti per quam olim aduocabat dimidiam:hodie aduocat tertiam.vt instit.de succes.li.§.sed nostra his ita premissis in princip.huius.l.not.ita casum secundū intellectum Jo.z a3.stichus erat libertus duorum patronoz titij z seij.quādiu iste stichus fuit pauper fuit optimus libert⁹ semper assurgebat patronis suis:z debitum obsequiu3 exhibebat eis: ex quo ditatus est factus est superbus z peruersus: ita q quādo videbat patronos suos:caput eis auertebat: z non assurgebat eis.Unde vnus ex patronis pone titius cepit istu3 stichū in libertū petere implorādo iudicis officiū:vel pponendo iudiciale in rem act.z cepit dicere se patronū insolidū illius liberti

stichi ipse

In. §. isto cum duabus legib9 seq. vsq3 ad. §. contrario. tractatur de eadem materia: et dicitur hic fideiussi pro te apud titium creditorem in. c. titius creditor me liberauit per acceptilationem causa remunerationis: nunquid illa. c. potero recuperare a te ac si soluissem. respondetur qd̄ sic. multo magis si creditor donando mihi causa mortis liberauit me per acceptilationem: vel si legauit mihi liberationem. sed ⁊ si existo creditori heres habebo mā da. act. Si autem liberauit me creditor per acceptilationem volens mihi donare non causa remunerandi me non habeo actio. mandati. Sed quid erit quidam extraneus donaturus mihi. c. c. soluit creditori tuo apud quem fideiusseram pro te: nūquid recuperabo mandati contraria a te ac si soluissem. respondetur ꝙ sic. Sed quid erit filius vel seruus meus fideiussit pro te: et quidam alius volens filio vel seruo meo donare soluit: nūquid ego pater vel dominus ago mandati: certe non. quia non mihi patri vel domino donare voluit. sed si filius vel seruus soluit ago act. mandati. Sed quid erit filiussa. fideiussit pro te sine iussu meo: nunquid cessat mandati act. certe sic: si nihil est in peculio: sed si iussu mei patris: vel si ex peculio soluet potero agere mādati cō tra te. Sed quid erit mandaui filiofamilias vt pro me solueret pater vel filius soluit ex peculio: nunquid pater habet actione3 mandati contra me. respondetur ꝙ sic. Sed quid erit mandaui filiofamilias vt pro me solueret emancipatus soluit: nūquid datur ei actio mandati. respondetur ꝙ non. sed in factum. sed si pater filio emancipato soluit cōtemplatione filij datur actio ei nego. gest. h. d. iste. §. cum duabus legibus seq. vsq3 ad. §. contrario. videatis expositionem litere. [acceptum factum sit.] id est si creditor liberauit fideiussorem per acceptilationem causa remunerandi ipsum. [act.] scilicet contrariam. quia tantum videtur sibi abesse ex eo ꝙ iam tantum sibi seruierat. vnde agit ac si soluisset. vt ar. s. de peti. here. l. et si lege. §. consuluit. [legauit] gratia remunerandi. et facit. j. pro socio. l. coiri societatem cum duabus legibus sequentibus. et ideo dixi multo magis qz donatio que fit causa mortis semper fit causa remunerādi: et interdum non. vt predicta. l. coiri probatur. et. j. eo. si vero. in princi. [extitero] causa me remunerandi. vt. s. l. proxi. [mandati act.] contrariam. quare quia hic sublata fuit accessoria tantum. vt. j. de fideius. l. heres a debitore. §. quod si idem stipulator. ¶ Or signori custodiatis vos in. §. istis quia possetis errare in casus positione istorum. et in prin. l. si non. et ideo quero hic: que est ratio dubitationis inter istos casus: vbi fideiubeo pro te si soluo creditori. c. absunt mihi. c. merito recupero act. mā. a te. vt. s. e. l. §. fideiussores. et. j. e. l. si vero. §. contrario. ¶ Or: ponamus qd̄ non soluo pro te sed facio tale seruitiu3 creditori ꝙ naturaliter est mihi obligatus ad. c. vnde ipse liberat me animo remunerandi per acceptilationem vel donauit mortis causa: vel legat mihi liberationem: quia videtur mihi abesse tantum quātum erat mihi obligatus ad remunerandum: vel quantum erat mihi donaturus causa mortis: vel quantu3 legauit mihi. sed et si existo creditori heres causa remunerandi me licet desinam teneri vt fideiussor tamen remanet mihi mandati actio. vt in. §. si fideiussori. cum. l. seq. sed si fideiussi pro te in. c. et creditor volebat mihi effici amic9 donauit mihi. c. liberat me ab illa obligatione nō obest mihi aliquid. vnde non habeo act. mandati. vt. s. de peti. here. l. sed et si lege. §. consuluit. quia consistit ista obligatio in puris et nudis moribus sed contra. j. e. l. inter causas. §. abesse in ver. is qui. Ad quod vos dicetis aliud est si creditor voluit mihi donare: non animo remunerandi et me liberat: quo casu non ago mā dati. qz neq3 mihi aliquid abest: nec creditori aliqd abest vt hic. Aliud est: si quidam tertius volens mihi donare animo remunerandi soluit creditori. quia ego videor soluisse per eum: quia qui per alium ⁊c. j. de admi. tut. l. ita aute3. §. gessisse. Unde sicut si ego soluissem recuperare3 actio. mandati: ita hoc casu si alius soluit volens mihi remunerare recupero actio. mandati: ita hoc casu si alius soluit. vt in. l. contraria. [mandati act.] quia videt soluisse: sed contra eum daretur mandati. et sic soluitur contra. j. eo. l. pe. ¶ Sed ad. §. istum oppo. et videtur ꝙ filio non detur act. in factum: si eo emancipato soluat: immo videtur ei dari vtilis mandati. vt. j. de heredi. instit. l. quidam. in fi. Ad quod vos

dicetis φ act.in factum que est hic:et vtilis mandati que est ibi idem est. ¶ Sed denuo ad.§.istum oppo. et videtur si filius eo emancipato soluit pro eo pro quo fideiussit existente in patria potestate φ detur actio patri non filio.vt.j.de ver.ob.l.filius.⁊ j.de reg.iur.l.que legata. Ad quod vos dicetis aliud est in acti. mandati que datur ad interesse.s.e.l.si procuratorem.§.manda ti actio competit:vnde quia videtur interesse filij agit mandati vt hic:aliud est in stipulationibus.



I vero ⁊c.

Cōtrario iudicio. s.e.l.si procuratoꝛ.dictu3 est de directa act.mandati de contraria dictū est.s.proxi.hucusq3 nūc etiam iurisc.intendit tractare de contraria act.mandati.⁊ in.§. isto dicitur:si procuratoꝛ vel vniuersoꝝ bonoꝝ vel vnius rei fecit sumptus vtiles vel necessarios contraria mandati act.recuperat a dño. Sed quid erit patronus emit quoddā prediū pro xij.ab initio soluit octo:mandauit φ illud predium traderet liberto suo:vt ille libertus solueret quatuoꝛ:libertus soluit quatuoꝛ:postea patronus vendidit illud predium:et libertus cōsentit illi venditioni:nunquid libertus repetit tertiā parte3 predij. iurisc.distinguit:aut ab initio patronus mandauit liberto suo vt solueret tertiam partē precij vt ꝓcuratoꝛi suo quo casu agit contraria act.mādati ad tertiā partē predij quā soluit deductis fructibus quos percepit medio tempoꝛe:aut ab initio iussit libertum soluere tertiā partē precij illius predij volēs patronus ei predium donare:quo casu videtur ei donare:si postea libert⁹ consentit alienationi hoc casu cessabit contra act.man.h.d.iste §.videatis expositionē litere.[vt puta qui rerum] sc3 dominiū. [vel vnius rei.] vt.s.de procu.l.j.in prin.[procurationē susceperunt] sc3 et aliqua expendit.et datur contraria act.vsq3 ad ꝓbabilem modum.vt.s.e.l.si procuratorem.§.ide3 pomp.scribit. [Inde papi.] quod dixit in genere:ponit exemplum in specie. [quod emerat.] ponamus exempli gratia pro.xij.[bessem] id est duas partes.i.octo.[tradi] id est dari.sic exponitur.j.de ver bo.sig.l.verbum reddendi.[reddito precio].i.soluto a liberto quod deest mandato patroni.[precium].i.tertiā partē precij.i. quatuoꝛ.[mercedibus].i.fructib⁹.[donasse.] vnde no.φ precedentia determinant subsequentia.quia si precessit mandatu3 videtur consentire vt procur.si donatio videtur redonare.et ad istud accedit sc3 φ precedentia ⁊c.vt.j.de le.j.l.si seruus.in fi.itē no.φ aliquando presumitur donatio a iure.nam si donat patronus ab initio liberto suo:si postea vendidit:et libertus cōsentit alienationi videtur ei redonare.quia bene facietibus ⁊c.vt.j.de ser.expoꝛ.l.seruus ea.l.et quia ad antidota su3 obligatus .vt.s. de peti.here.l.sed si lege commisso.§.consuluit.sic et al's ratione pietatis:vel al's presumitur donatio.vt.s.fami.hercis.l.que pater.et.C.fami.hercis.l.filie.

1 ☞ Procuratoꝛ ad emendum potest repetere precium quod soluit et si aliquid amplius impendit.

1 **Si mihi.** †Sicut superioꝛ.§.tractat de cōtraria acti. mandati:ita iste et dꝛ hic:tu mandasti mihi vt emerē illā rem emi eā de pecunia mea:nunquid habeo cōtraria3 mandati act.ad preciū recuperandū.respōdet φ sic. Sed si emi de precio tuo habeo cōtrariā act.mādati vt rē recipias. Sed si mādasti vt aliqd facerē:⁊ in illo faciendo aliquē sumptu3 fecero teneris reddere vsq3 ad probabilē modū:⁊ si es in moꝛa reddendi sumptū teneris ad vsuras si accepi ab alio sub vsuris:et non solū veniūt vsure ex tpe moꝛe:immo et si a debitoꝛe meo exegi q̄ debebat mihi vsuras:vel si te grauioꝛib⁹ vsuris releuaui vel etiā nō releuaui. Sed si solui vsuras vel accepi ad grauioꝛes vsuras vt soluerē sicut ꝓmiserā teneris ɔ̄ria mā.acti. nā totū hoc iudex ex bono ⁊ equo arbitrabit̄.h.d.iste.§.videatis expositionē litere.[emero] sc3 de pecunia mea:vt differat a sequēti casu.[habebo] sc3 act.ɔ̄riā.[s3 si de tuo ꝓcio] sc3 emero.[actio] sc3 ad illd̄ qd̄ impēdisti ad illā rem emēdā aduersus me mandās.[recipe] sc3 tu mandās.fallit tñ in casu:q2 nō est ɔ̄ria act.mā.vt.s.e.l.idē §.[arbitrabitur.] ⁊ ad istud accedit.j.de vsur.l.in contraria.

Dedi. In.§.isto dꝛ:habebā creditoꝛē meū in.x.dedi tibi illa.x.vt solueres creditoꝛi meo:non soluisti nūquid teneris ad.x.⁊ ad vsuras.certe sic.si meo creditoꝛi vsuras erā daturus.⁊ ita imperatoꝛ rescripsit.h.d.iste.§.videatis expositionē litere.[dedi tibi pecuniam] ponamus.x.[vt creditoꝛi meo] scilicet cui debebam.x.[mihi vsuras].q.d.non solum teneris mihi ad.x.reddenda.sed etiā vsuras si eas prestiti:et hoc dicit quo casu ⁊c.[rescripsit.] quia tunc interest mea et man.acti.competit ad interesse.vt.s.e.l.si procur.§.mandati.

1 ☞ Qui fideiubet pro minoꝛe actionē mandati non habet.

1 **Si adolescens.** †In.§.ponuntur duo casus:in quibus nō h3 locū cōtraria mā. act.et dicit̄ quidā adolescēs luxuriosus habebat meretricem vt habēt multi qui nō habēt meretricē:s3 amasiā vocāt.meretrix illa indigebat pecuniā ꝓ veste ⁊ esca.vñ dixit adulto luxurioso vt inueniret sibi pecuniā ꝓ veste:dixit adolescēs nō inuenirem aliquem qui mutuaret mihi.multo forti⁹ nō reciperēt me in fideiussoꝛē.vñ mādauit amico suo maioꝛi .xx. annis vt fideiuberet pro meretrice ille fideiussit:⁊ postea soluit:nunqd recuperabit acti. mandati ɔ̄ria ab adolescēte.certe nō.q2 rei turpis suscepit mandatū. idē est si adolescēs mādauit amico suo vt credat meretrici suo periculo:si credidit nō habebit act.mā. quasi cōtra bonā fidem ⁊ bonos moꝛes factū sit.h.d.iste.§.videatis expositionē litere[credidisset] sub.iste qui ita fideiussit quo casu non agit vt diximus.s.de mino.l.qd̄ si.§.restitutio.[mandatū fit.] vñ sicut mādatū rei turpis nullu3 est.vt.s.e.l.si remunerādi.§.rei turpis ita mandatum qd̄ aduersus bonam fidem factum est nullū est vt hic. ¶ Oꝛ signoꝛi.§.iste loquit̄ in adolescēte luxurioso. sed q̄d dicemus in eo qui esset legitime etatis qui mandauit vt fideiubeas pro meretrice vel vt ei tradas:nunquid habet locum acti. man.contraria.respondet̄ φ sic.vt.s.de in rem v̄.l.iij.§.ij.fallit i casu qñ dat operā scoꝛto.⁊ dicit̄ dare operā scoꝛto qñ homo deductus est ad talē vitam qd̄ die noctuq3 vult esse in taberna ⁊ lupanari:iste ibi excoꝛiat̄ personaliter ⁊ coꝛporaliter cū isto cōtra hi iter dictū est:⁊ filis ꝓdigo habet̄.vt.j.ꝓ emp.l.si qs cū sciret.

Cū quidā. In.§.isto dicit̄:mādaui amico meo φ commodatū haberet talē amicū meū:nunqd ꝑ hoc videoꝛ ei mādare vt mutuo det ei pecuniā.certe non.⁊ ideo act.mā.nō teneoꝛ.vñ no.φ per verbū cōmēdo nō ɔ̄hit̄ mādatū: licet ɔ̄hat̄ depositū.vt.s.depo.l.lucius.⁊.j.de ver.sig.l.cōmēdare.sed per verbū rogo mādo vel volo ɔ̄hit̄ mādatum.vt.s.e.l.j.

Si quis mādauerit. In.§.isto dꝛ: mandaui tibi vt mutuares filiofa.pecuniā nō cōtra mace.se.cō.s3 ex ea causa qua pr̄ de peculio vel de in rē verso vel qd̄ iussu teneret̄:nunqd valet tale mādatū. certe sic.sed q̄d si filiusfa.volebat a te mutuo accipere pecunia3: tu aūt dubitabas φ vellet accipe cōtra mace.vel nō:ego mādaui tibi vt ei mutuares periculo meo ⁊ φ nō accipiebat contra se. cō.nunqd teneoꝛ tibi mā.act.certe sic.h.d.iste.§.vide expositionem lr̄e.[cōtra se.cō.] sc3 mace.[mādatū].f.⁊ ideo agit̄ mā.cōtraria.[mādati].f.ɔ̄ria.[eū teneri.] q2 istud mandatū nec ɔ̄.l. nec cōtra se.cō.factū est. Si post creditā ⁊c.in.§.isto dꝛ:si credidisti titio pecuniā:⁊ post ei creditam mandaui vt titio crederes nullū est mandatū.q2 mandatū habet precedere obligationem. sed si dū velles exigere.x.a debitoꝛe tuo mandaui tibi vt periculo meo differres exigere:hoc casu teneoꝛ tibi mandati. idē si tutoꝛ cōtraxit nomē pupilli nomine.⁊ finita tutela mādauit pupillo vt illud nomē approbet.nā cōtrahitur mandatū ⁊ tenet̄ mandati ipsi quondā pupillo vel curatoꝛi ipsius.h.d.iste.§.videatis expositionē litere.[papi.ait.] q2 mandatū d3 precedere obligationē vt hic.vñ no.differentiā inter mādatoꝛē:spōsoꝛē: fideiussorem:intercessoꝛem:et constitutoꝛem:mandatoꝛ habet precedere obligationem nisi in casibus qui sequuntur.vt.j.e.l.si tibi mandauero.§.interdu3. Sponsoꝛ pꝛopꝛie subsequitur obligationē cum tu promittis mihi aliquid et alius pro te.vt in auf.de fideius.et spon.§.j. Fideiussoꝛ est ante obligatione3 et post.vt.s.de iudi.l.quemadmodum. Intercessoꝛ est post obligationem tantum:cum quis alienam obligationē in se suscepit animo nouandi.vt in auf.de fideius.et manda. Constitutoꝛ est post obligationem quia non potest fieri constitutum nisi pro debito precedenti.vt.s.de constitu.pe.l.j.§.debitum.et.l.id quod.§.diximus.et C.co.l.ij.

Si mandauero. In.§.isto dicitur: mandaui tibi vt.x.mihi debita tu a debitoꝛe meo exigeres re integra:mutaui voluntatem:nunquid mihi vel heredi meo dabitur actio mandati:certe nō:quia reuocatum est mandatum. Ueruntamen si exegisti et mihi soluisti debitoꝛ liberabitur.hoc dicit iste.§.videatis expositionē litere. [voluntatem mutauero] scilicet quod facere potui re integra. vt.s. de ꝓcu.l.ante lit.conte.et.j.de solu.l.vero.§.j.[vel heredi meo] scilicet ex eo quod ille non exigit.

1 ☞ Mandatum quod refertur post moꝛtem non finit̄ moꝛte Item mandatarius potest agere vt sibi detur pecunia pro executione mandati necessaria.h.d.

1 **Idē marcellus.** †In.§.isto cum.l.seq. ponūtur duo casus in quibus mandatū non finitur moꝛte mandantis sed contrahitur post moꝛtē:et primus casus talis est:aliquis mandauit tibi vt post moꝛtem suam ei faceres monumentum:tu mandatum suscepisti nunquid dabitur heredi actio mandati:certe sic:⁊ tibi mandatario dabitur contraria act.mandati contra here de3 eius:si fecisti de pecunia tua.sed anteq̄ potest agere mādati cōtraria si testatoꝛ mādauit φ faceret

ꝙ faceret pecunia testatoris. Secūdus casus est: si aliquis mā/dauit tibi vt post mortem suam emeres heredibus eius fundū: quia si emisti habes contrariam acti. mādati contra heredes. h. d. iste. §. cum. l. seq. [heres eius] mandantis. [agere] scilicet vt fiat monumentum. [si sua] scilicet mandatarij. [mandati] scili cet contra heredem mandantis. [idem est] scilicet ꝙ mandatū possit contrahi post mortem: et detur actio mandati contraria. [emeres fundum.] et sic no. ꝙ mandatū non finitur morte. Sꝫ contra. insti. e. §. recte. et. ĩ. e. l. inter causas. et. l. si quis. § . morte. respon. qđ dicitur in. l. contraria: verum est cum mando aliquid fieri me viuo: secus si mando fieri aliquid post mortem meam vt hic. ⁊ sic pōt itelligi. ĩ. de solu. l. vl. ĩ fi. ⁊. ĩ. de le. ij. l. cū pr̃. §. meuia.

1 ☞ Actiones non transeūt in emptorem hereditatis nisi que tunc temporis competebant. h. d.

1 **Heredē.** †In. l. ista dicitur: si tu fideiussisti ꝓ me siue pro me soluisti: siue heres tuus tibi vel heredi tuo dabitur mandati actio. sed quid si heres tuus vendidit hereditatem tuam: et emptor soluit id pro quo ꝓ me fideiussisti: nunquid heres tuus habet mādati acti. certe sic. quia tenetur actione ex empto venditor emptori prestare vel ce dere: sed et si fideiussisti pro me ⁊ decessisti relictis duobus here dibus: et alter coheredum emerit et soluerit creditoribus quod debebat defunctus indubitanter habet acti. ex stipulatu vel ex empto contra heredem vt in eo quod habet acti. mandati: illam sibi cedat. h. d. iste. §. videatis expositionem litere. [dubium nō est.] vt. C. e. l. si pro ea. [sed si vendiderit] scilicet heres fideiusso ris. [an habeat] scilicet heres qui vēdidit. [vt prestet] id est ce dat. [potest prestare.] id est cedere. et ad hoc facit. š. de pecul. l. quod debetur. [habebit.] nam tenetur venditor emptori solue re omne es alienum sicut econtra. vt. ĩ. de here. vel act. ven. l. ven ditor. ĩ. de leg. iij. l. quisquis.

Si mādassem. In. l. ista dicitur: manda/ui tibi vt emeres mihi fun dum suscepisti mandatū: postea mandaui tibi ne eme res: tu ignorans reuocatum mandatum emisti: nun/quid habes contra me mādati act. certe sic: ne damno afficiaris h. d. ista. l. videatis expositionem litere. [mandatum.] sed si tu sciens reuocatum mandatum emisses non habes act. man. vt. ĩ. de solu. l. vero procuratori in prin. instit. e. §. item si adhuc. et ad hoc etiam facit. ĩ. de ma. vin. l. si pater. in prin.

Si quis mihi. In. l. ista dicitur: quidā au relius quietus dum time/ret ne in infirmitatem incideret mandauit cuidā me/dico ciui rauennati ꝙ deberet ei parare domū suam rauenne. et hortum suum: et deberet querere bona vnguenta: nū quid habet locū act. mandati: hoc casu: videtur ꝙ non. q̃ si mā/do tibi vt aliquid facias in tuo videtur ꝙ non habeas act. man dati. quasi istud sit potius consilium ꝙ̃ mandatum. sed dicendū est ꝙ si quietus medicus non erat al's facturus et fecit ꝙ detur act. mandati contraria contra aurelium. h. d. ista. l. videatis ex/positionem litere. [facerem] propter vtilitatē mandantis. [an sit mandati act.] scilicet et videtur ꝙ non: quasi sit potius consi lium ꝙ̃ mandatum. vt. š. e. l. ij. in fi. [iudicio] scilicet contrario. [persequi.] vnde no. ꝙ in re sua tenet mandatum hoc casu pro pter vtilitatem mandantis. ĩ. e. l. si tibi mandauero. §. interdum.

Si mandauero. In. l. ista dicitur: māda/ui tibi ꝙ a titio debito/re meo. x. que mihi debebat exigeres: tu scepisti māda tum anteꝙ̃ exigeres cepi te conuenire acti. mandati post litem conte. ante sententiam exegisti: nunquid condemnaberis mihi act. mandati. respondetur ꝙ sic. h. d. [constat.] et ita no. ꝙ ex. l. ista colligitur ꝙ qui non habet ius agendi tempore litis conte. si tempore sententie inuenitur habere ius agendi debet obtine/re. accedit. š. de rei ven. l. fructus. et. š. de pig. act. l. si rem. § . vlti. et. š. de pecul. l. quesitum.

Qui patitur. In. l. ista dicitur: si patior qđ tu mādas titio quod pro me fideiubeat: hic tibi mandare videor: vnde teneor tibi act. man. h. d. ista. l. videatis expositionem litere. [mā dare intelligitur] scilicet mandati vt mandet. vt. š. eo. l. si re. §. si passus. non dicatis creditori quia tunc et mutuo teneretur: ⁊ sic cessaret mandati. vt. š. e. l. idemꝗ. §. si quis titio. vnde no. patiē tiam pro consensu haberi. et ad hoc concor. ĩ. lo. et condu. l. item queritur. §. qui impleto. cum suis similibus.

☞ Ex facto serui non debet cogi dominus seruum recipere quem seruum voluit dominus in perpetuum alienare. h. d.

1 8 **Seruus meus.** †In. l. ista ponitur casus in quo claudicat mandatū: q̃ ex mandato datur directa sed non contraria. et est casus talis. Habebam seruum: seruus meus mandauit cuidam extra neo vt eum redimeret a domino et solueret nūmos et eo a te ma numisso tibi redderet: ille extraneus suscepit mandatum et a me eum redemit de directa actione non est dubium ꝙ possum age re mandati ex persona serui de eo manumittendo. sed de cōtra ria actione mandati vtrum competat illi contra me dominum: de hoc dubitatur: et videtur ꝙ sic. cum actio mandati sit vltro ci troꝗ. sed contradicendum est qđ non potest intendi contraria actio mandati: vt dominus inuitus cogatur accipere seruū quo voluit perpetuo carere. quemadmodum si dominus vendidisset tibi seruum. h. d. [recipiat] scilicet et videbatur ꝙ sic: quoniam mandati actio ⁊c. [vltro citroꝗ est] id est esse solet. vt. ĩ. de ver. sig. l. labeo. sed in casu isto non est vt hac. l. dicitur. ĩ. eo. l. cum ser uus. vel exponatis est id est esse potest. sed interdum non est vt hac. l. dicitur. [mandati] scilicet contraria. [teneri] scilicet vt recipiam. Or signori no. in. l. ista regulariter ex mandato nasci tur directa et contraria actio hinc inde. sed fallit in. l. ista si ser/uus meus mandet tibi vt eum a me redimas et manumittas: et tu suscipis mandatum: seruus querit mihi domino directā man dati ꝙ potero te conuenire mandati de seruo manumittendo si mea interest. vt. ĩ. e. l. si seru⁹. et. C. si ser. exte. se emi. man. l. vna. sꝫ sibi non datur contraria actione mandati vt tenear recipere in/uitus precium. et sic in. l. ista claudicat mādatum. sic et in alio ca su claudicat mandatum. vt. ĩ. e. l. potest.

1 ☞ Mandatarius non debet sentire lucrum nec damnum.

1 **Ex mandato.** †In prin. huius. l. dicit: si mā daui tibi vt gereres negocia mea: et ex illo mandato aliquid ad te peruenit possuꝫ a te assequi illud directa act. mandati. quia ex mādato nihil apud procuratorem debet remanere: sicut non debet morari in dam/no si pecuniam creditam non potuisti exigere a debitoribus. h. d. prin. huius. l. [non potuit] vel accepit mutuo pecuniam et in vtilitatem domini conuertit. vt. ĩ. e. l. idemꝗ. §. simili modo. ⁊ ad prin. huius. l. concor. š. de procur. l. qui proprio. § . vt in ceteris.

Fideiussori. In. §. isto dicitur: si fideiussi pro te ab/sente et ignorante ⁊ solui recupero act. neg. ge. quia contraria mandati actio non competit nisi te man dante fideiussi. h. d. iste. §. [mandatum.] secus si intercessit mā/datum. vt. š. e. l. si remu. §. si passus.

Cum mandato. In. l. ista dicitur: si man/dato titij fideiussi pro te non habebo contra te mandati actione sed contra ti/tium quemadmodum sicut si spopondissem pro te mandato al/terius sed si fideiussi pro te mandato tuo et titij: contra te et ti/tium habeo mandati act. sicut duo mandant tibi vt titio credas pecuniam: nam habes vtrunꝗ obligatum act. mandati. h. d. iste §. videatis expositionem litere. [fideiussi] non animo nouan/di. [mandati] sed contra titium sic et contra te nego. ges. act. vt š. de neg. ge. l. iij. §. vl. et. l. nam et seruius. §. vl. ⁊. l. si quis manda to titij. [aduersus te] similiter et aduersus titium [obligatuꝫ] scilicet act. man. et ad hoc facit. ĩ. e. l. antepe. §. duobus.

1 ☞ Qui fideiubet vel soluit ante diem non potest agere nisi adueniente die. h. d.

1 8 **Si tibi mandauero.** †In prin. huius legis dicitur: mā daui tibi vt pro me fideiuberes apud creditorem cui de bebam. c. vsꝗ ad annum fideiussisti pure: et soluisti infra annū: nunquid habes contra me mandati act. certe non intra diē: sed adueniente die sic. sed et si mandaui tibi vt fideiuberes pro me apđ creditorē cui debeo ĩ diē ⁊ fideiussisti ĩ diē et an̄ diē soluisti: an stati nata est tibi man. act. et dicūt q̄dā ꝙ sic. et a me poteris exigere actione mandati qđ soluisti deducto vsurio medij tēpo ris. sed certe dicit iurisconsultus ꝙ melius est ꝙ non detur tibi actio mandati contraria contra me: nisi adueniente die. hoc di cit principium huius legis. [in diem fideiubeas] de soluendo vsꝗ ad annum. [sed cum in diem.] puta vsꝗ ad annum. [pu/tant.] scilicet et male. [intra annum fuisset:] nam interdum ha betur ratio medij temporis. vt. š. de pecul. l. sed si damnum. §. vl ti. sed melius est dicit paulus iurisconsultus qui fecit. l. istā. [an te diem soluam] id est soluere non tenear. ¶ Or signori no. hic vt tollatis breuiter quedam contraria: si fideiussor est tutus et persona debitoris perpetua excep. et eam sciens omittit et sol/uit: solutum non repetit. vt. ĩ. e. l. si fideiussor. §. idem ait. et. §. se. et. š. eo. l. idꝗ. et. š. quod quisꝗ iur. l. iij. si autem est tutus exce/ptione temporali: et ante soluit interim non habet act. sed adue niente die vt hic. et ad hoc facit. š. quando di. vsufru. le. ce. l. ĩ. in prin. et. ĩ. de ver. sig. l. cedere diem.

1 ☞ Mandatum quando respicit commodum meum et alie/num oritur actio mandati.

1 **Interdum euenit.** †In. §. isto ponuntur exē pla in quibus gero nego

cium meum: quod datur mihi mandati actio. pone debitor meus debitorem suum mihi delegat: et vult quod suo periculo exigam: vel pone quod fideiussor vult quod agam cum debitore tamen negocium meum gero et datur mihi actio mandati: quia quanto minus assequar a debitore delegato vel a reo principali tantum petam a fideiussore actione mandati. sed et si aliquis obligauit res suas pignori vt possint vendi ex pacto vel ex lege: et mandat alicui vt luat: licet non sit mandatum: tamen quia interest eius datur ei actio mandati: verum si mando tibi vt emas rē meam: nulla est emptio rei mee. vnde non dabitur mandati act. hoc dicit iste. §. videatis expositionem litere. [vt negociū meū geram] scilicet mandato alterius. [et tamen vtilem] id est efficacem. vel dicitur vtilis respectu directe. [veluti.] ponit exemplum. [cum reo] principali debitore. [et illius] scilicet mandātis. [sed hi] scilicet debitores. [veniunt] ex pacto vel ex lege. vt insti. qui. ali. li. vel non. in prin. [non consistit.] gratia proprietatis tue: quod est verum ratione proprietatis: tamen tenet ratione possessionis. vt. j. de contrahen. emp. l. sue rei.

1 Mandatum consistit de re emenda que est mandatarij ꝑ parte.

1 **Jul. scripsit.** †In. §. isto dicitur: quod cōtrahitur mandatum in re ipsius mādatarij. pone quod plures sunt heredes qui volunt vendere rem et vni mādo vt emat pro me et pro ea parte qua emet partes aliorū emā partem suam: nunquid tenetur mihi mandati: certe sic. et ego ei. quia potest esse quod ideo non vendidit extraneo: quia mandaui ei. et idem est ecōtra: quia posset esse quod emissem per me nisi ei mandassem. vnde si confisus sum de eo equū est hoc casu dari actio. ad interesse meum. hoc dicit. §. videatis expositionem litere. [cōsistere] scilicet interdum. [emeret] scilicet mihi. [obligatus] scilicet mihi. [habere.] concor. j. e. l. qui negocia. §. vlti. cum duabus legibus seq.

1 Qui retinet ea que sunt iurisgentium ex contractibus iurisgentium habet actionem ciuilem.

1 **Is cuius bona.** †In. §. isto dicitur: bona alicuius sunt publicata propter delictum: nunquid potest iste mandare alicui vt ea emat. respondetur sic. et eo mandato dabitur contraria mandati actio. si emit et si non emit dabitur ei directa actio mandati. quia quod querit postea bonis suis publicatis sequitur ipsum non fiscuꝫ. hoc dicit iste. §. Sed ad. §. istum oppo. et videtur quod nō querit sibi. nam si aliquis deportatur nudus exulat. vnde bona habere non potest. vt. C. de bo. dam. l. iij. et. l. quisquis. Ad quod potest dici aliud est cuꝫ bona publicantur propter delictū vt ibi: aliud est si publicātur bona: quia merces vehebat. vt. j. de publi. l. cotem ferro. vel aliud est cum deportatur: aliud cum bona publicantur sed non deportantur vt hic.

Qui edem. In. §. isto dicitur: si aliquis mandat tibi vt edem sacram spolies vel hominē occidas: istud mandatum turpe est: et ideo nō est obligatorium nec mandati act. directam vel contrariam parit. h. d. iste. §. videatis expositionem litere. [propter turpitudinem mandati] scilicet et rei turpis mandatum non est obligatorium. vt. s. e. l. si remu. §. rei turpis.

1 Qui rem in vsus suos citra formā mandati cōuertit etiā furti tenetur et non potest quis eligere seipsum.

1 **Si tibi. c. dedero.** In. §. isto dicuntur duo. primo dicit: si tibi dedi. c. vt tu dares ea titio non animo transferendi in te dominium et tu suscepisti mandatum: et titio non dedisti sed in vsus tuos conuertisti teneris mihi mandati et furti act. Secundo dicitur: si dedi tibi. c. vt dares cui velles et non dedisti: sed consumpsisti in vsus tuos hoc casu teneris mandati. h. d. iste. §. videatis expositionē litere [si tibi. c. dedero] scilicet non transferendo in te dominiū. [sed consumpseris] scilicet in vsus tuos. [et mandati] scilicet ad interesse. [et furti.] quia contractasti ad penam dupli. [at si ita.] incipit secundum dictum. [dederim] transferēdo in te dominium. [cui velles.] puta titio rei cuicunqꝫ. [mandati tantūmodo] scilicet nō furti. sed que est ratio diuersitatis inter istos casus duos. ratio est illa: quia in primo casu dedi non transferēdo in te dominium si consumis vteris animo lucrandi rem alienam: vnde facis furtum. vt. j. de fur. l. j. vnde teneris mandati et furti. sed in secundo casu dedi animo transferēdi in te dominiū: vnde si consumpsisti: quia in te translatum est dominium non fecisti furtum. vt. j. de fur. l. j. Sed quia mandatum susceptum nō impleuisti teneris mādati vt hic: vel potest dici ꝙ alia est ratio diuersitatis in primo casu vbi do tibi. c. vt des titio non videor in te transferre dominiuꝫ: immo do tibi vt ministerio tuo detur titio: indubitanter si consumis teneris mandati et furti. Sed si do tibi. c. vt des cui velles videor in te transferre dominium. vnū

a ¶ Nō possit se eligere. Et electione commissa pluribus an possint eligere vnū ex se vide bar. in. l. ab oībus. §. si titio de le. j. et vide no. per Spe. in ti. de feu. in prin. et in tit. de syndico. §. j. ver. sꝫ quid si omisso i. iiij colū. adde qđ cōsuluit Panor. cōsi. xxv. et. xxxvj. li. ij.

si tibi retines non facis furtum. et ideo non teneris furti sꝫ mādati. ¶ Or signori ex. §. isto colligitur arg. ad questionem illaꝫ de qua cōsueuit queri si collata est potestas alicui a ciuitate vel a capitulo monachorum ꝙ possit eligere quēcūqꝫ vult: si iste ex quo videt potestatem sibi concessaꝫ eligit seipsum an teneat ista electio: et videtur ꝙ sic. quia non est prohibituꝫ ergo videtur ei permissum. vt. j. de proba. l. ab ea parte. item nō videtur se eligere sed vt quemlibet alium. vt. s. de adop. l. si pater. §. qui i duos. Econtra videtur ꝙ non teneat: quia nemo debet sibijpsi esse autor. vt. j. de auto. prestan. si pupillus. et. j. ad trebel. l. j. §. fuit questituꝫ. Sed in questione ista dicamus ꝙ nō possit se eligere. a ar. huius. §. qui dicit ꝙ si dedi tibi. c. vt dares cui velles: debes dare alij: non autem debes tibi retinere. Item quia in generali sermone ⁊c. vt. s. de sena. l. j. itē qꝛ pernitiosa res est eligere seipsum et suspectus est eoipso ꝙ ingerit operas suas in inuitum. vt ar. s. de procu. l. que omnia. ¶ Sed ad. §. istum opp. et signatur cōtra. quia hic dicitur: si dedi tibi. c. vt dares titio: si non dedisti sꝫ consumpsisti in vsus tuos teneris mandati et furti: sed quomodo dantur iste due cum sint contrarie. vt. C. de fur. et ser. cor. l. j. ad quod vos dicetis mandati et furti interdum non sunt cōtrarie: et tunc simul possunt intendi sic loquimur hic. qꝛ vna est persecutoria et alia penalis. vnde vna non tollit aliam. s. de condi. furt. l. si pro fure. sed vbi ambe contrarie sunt vna electa tollitur alia. vt in. l. contraria. et. s. commo. l. si seruus. vnde refert aut mandatum sit a libero et non sunt contrarie vt hic: aut sit a seruo et tunc contrarie sunt vt in. l. contra.

Si mandauerim. In. §. isto dicitur: debebaꝫ tibi. c. mādaui seruo tuo vt illa. c. que tibi debeo tibi soluat: seruus tuus accepit mutuo. c. ⁊ soluit: nunquid liberabor a te. respondet iurisc. distinguendum esse qꝛ aut soluit de pecunia tua quo casu non liberabor: aut soluit de aliena. quia accepit mutuo meo nomine et soluit: quo casu liberabor et contra me habes act. mandati: vt prestetur indēnitas seruo tuo si autem nō accepit meo nomine: hoc casu est dicendum ꝙ non possis agere mandati contra me. [debitori] accedit. s. e. l. si procuratorem. §. si liber homo. et. j. de solu. l. si sic.

1 Si res empta a seruo alteri eius mandato tradituꝛ venditor liberatur alias secus.

1 **Fugitiuus meus.** †In. §. isto dicitur seruus meus fugit a me: dum esset ī fuga acquisiuit pecuniam: de illa pecunia a te comparauit seruos: iussit seruos illos titio tradi: tu ei tradidisti qua acti. teneris mihi. certe non ex empto: quia tradendo titio liberatus fuisti: non condi. indebi. sed certe dicit iurisconsul. ꝙ subuenitur mihi alia via: quia titius tenetur mihi act. mandati. si autem tu tradidisses seruos meos titio sine mandato serui: tunc teneris act. ex empto vt mihi tradas et titius tenetur mihi condi. inde. h. d. iste. §. videatis expositionem litere. [per condictionē.] scilicet indebiti. [a titio repetiturum.] scilicet seruo. ¶ Or signori no. hic ꝙ ꝯm distinctionem huius. §. debet intelligi. §. ille. s. si cer. pe. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens: nō autem debet intelligi ꝯm ꝙ dñs Pe. et azo. dixerunt vt ibi plene dixi. Sed ad. §. istum oppo. et signatur contra. si tātum seruus fuit in fuga licet possit mihi acquirere: qualiter potuit mandare: non videtur. j. de solu. l. fugitiuus. Rñ. non potest mandare in meum preiudicium: potest tamen quantum ad meam vtilitatem: si dicis nonne hic mandato serui transfertur dominiū. rñ. illi serui nō erāt mei.

Si curator. In. §. isto dicitur: quidam cum esset diues dissipauit substantiam suā et aufugit: creditores petierūt curatoreꝫ dari bonis suis: datus est curator qui distraxit bona: ille tenetur creditoribus presentibus mandati: absentibus neg. ge. verūtamen si cōtēplatione presentiū solūmodo faceret eis solū tenereꝰ mādati: sed presentes absentibus act. ne. ge. tenenꝰ: sed ⁊ absentes de eqtate poterūt agere cōtra curatorē acti. in factū. h. d. iste. §. videte expositionē lr̄e [si curator bonoꝝ] ⁊ hec est bona litera. vt. j. de cura. bo. dan. l. ij. alij habent si procu. bo. ⁊ tūc exponetis si procu. bono. i. pcur. qui habet procurare de oībus vt dixi. s. de ne. ges. l. si ego. [at] pro sed. [qm̄] pro certe [gesserit] tūc eīs act. habēt ne. ge. vt. s. de ne. ge. l. itē si cum. §. fiscū. sed illud est verū cū gero negocium tuū qđ erat tuuꝫ ratihabitione: vel ipso gestu: at hic secus est qꝛ nō pōt haberi ratum ⁊c. vt. s. de neg. ge. l. si pupilli. §. sed si ego.

Sicut autē. In. §. isto regula ponitur et eius instātia hec est regula: si mādo tibi vt geras negocia mea liberum est tibi suscipere vel nō: sed si suscepisti habes necesse consummare: sed et licet tibi post susceptum mandatum renunciare mandato re integra si mea non interest: puta qꝛ ꝑ me vel ꝑ aliū pōt cōmode explicari: sed si tu nō renūciares mādato ⁊ nō gereres teneris mihi mādati ad interesse: sꝫ ⁊ si tu renunciasti mihi intēpestiue teneris mihi mādati. vnū sciatis ꝙ si

renūciasti

renunciasti ⁊ subest iusta cã renunciandi non teneris mihi mandati: ⁊ est iusta cã si impedieris valitudine: vel si capitalis meus inimicus factus es: vel si actio que mandata est ꝓcuratori finita est: vel si alia iusta causa interuenit: vel si mors mei mandantis interuenit: ⁊ isto casu si impleuisti tu mandatum ignorans me mortuum habes act. mandati. h.d. iste. §. cum tribus legib' seq. ⁊ princ. seq. vsq3 ad. §. si quis. videatis expositionem litere. [non suscipere]. s. re integra. [oportet.] ⁊ ad hoc concor. C. de act. ⁊ oblig. l. sicut. ⁊. s̃. commo. in commodato. §. sicut. ⁊. j̃. de le. j. l. hmôi. §. stichus. fallit in mãdato: q2 reintegra sibi licet renũciare: vt hic. Item fallit in precario: vt. j̃. de p̃ca. l. cum precario. Itez fallit in deposito: vt. s̃. deposi. l. j. §. peñ. [tenebitur]. s. act. mandati. [sane.] ⁊ si alleget iustam causam puta si allegat cãm aduerse valitudinis vel capitalium inimicitiarum sub. audiendus est: sicut dicimus ⁊ in ꝓcuratore ꝙ possit mutari ꝓpter iustas causas: vt. s̃. de procurato. l. post litem contest. ⁊. l. seq. [rei actiones] mandantis puta: q2 dñ mandauit erat diues: postea factus est non soluendo. vnde haberet act. ꝓpter sumptus: vel q2 actio que mãdata est ei: est finita sine dolo ⁊ culpa ipsius ꝓcuratoris [iustam causam] puta q2 h3 peregre ꝓficisci: vel alia vt dicit̃. s̃. de ꝓcura. l. filiussa. in fi. ⁊. l. seq. [mandatoris.] siue mãdatarij [morte] vt hic. ⁊. C. eo. l. mandatum. ⁊. j̃. l. ꝓxim̃. §. morte ⁊ hoc est verum ꝙ morte mandatoris finitur mandatum nisi mãdatarius ignoret vt statim dicit. [si tñ] ⁊c. [competere act.]. s. mandati. [dicitur.] ⁊ ad hoc facit. s̃. si cer. pe. l. eius qui in prouinciam. ⁊ ne iusta ignorantia damnũ auferat mandatario qđ esse non debet. vt. j̃. ꝓ socio. l. actio. §. item si alicui. [scripsit]. s. contra hoc. [sed obligationem]. s. mandati [aliquando durare.] si mandatarius ignorat mandantem mortuum: vt. j̃. eo. l. si precedente. in prin.

Inter causas.

Si quis. In. §. isto dicitur mandaui debitori meo vt. x. que mihi debebat titio solueret: postea debitor ignorans me mortuum soluit titio: nũquid liberatur. respondetur ꝙ sic. h.d. iste. §. videatis expositionem litere. [mortuo eo]. s. mandante. [oportet.] quia habuit iustam causam soluendi: ⁊ ad hoc accedit. s̃. si cer. peta. l. eius q̃ in prouinciam. secus si nõ habet iustam causam: quia sciret me mortuum. ar. j̃. de solu. l. vero ꝓcuratori. in prin.

I ☞ Fideiussor delegans debitorem etiam non soluendo soluisse videtur.

I **Abesse intelligitur.** † In. §. isto dicitur si tu fideiussisti pro me apud meum creditorez non soluisti: sed debitorem tuũ creditori meo delegasti: videtur tibi abesse siue sit soluendo debitor tuus siue non: quia creditor tuus videtur illud nomen bonum facere: ex quo eum acceptauit: ⁊ ideo tñ poteris recuperare a me act. mãdati. Sed quid erit tu fideiussisti pro me apud quendam volẽs tibi donare soluit creditori meo ⁊ tuo: vel liberauit creditorem meum ⁊ tuũ ꝑ acceptil. qui erat eius debitor in. cẽtuz. nunquid poteris agere mandati contra me acsi soluisses. rñdetur ꝙ sic. ad id quod eum liberauit ⁊ non ad plus. Sed quid erit fideiussisti pro me apud creditorem meum: ⁊ postea soluisti ꝓcur. eius nunquid videtur abesse vt agas ꝯtra me mandati. rñdetur ꝙ sic si erat verus ꝓcurator creditoris: sed si erat falsus procura. non ages contra me mandati: sed ages ꝯ eum cõdi. inde. vel ob causam. h.d. iste. §. vsq3 ad. §. non omnia: videatis expositionem litere. [etiam si debitor]. s. fideiussoris. [delegatus sit.] quia soluisse videtur: vt. s̃. ad vell'. l. ꝙuis. §. interdum. ⁊. j̃. de fideiusso. l. qui debitorem [bonũ nomen facit creditor]. s. eo ipso quo [admittit]. i. recipit. [debitorem delegatum.] ⁊ ad hoc facit. j̃. de fideius. l. iij. in fi. ⁊. j̃. ad. l. fal. l. cũ querebatur. [eius]. s. fideiussoris. [liberauerit]. s. per acceptilationez. [quatenus] ꝓ quia [nihil intersit]. s. eius ꝓ quo intercesserat. [liberauerit.] quia qui per alium facit per seipsum facere videtur: vt. j̃. de admi. tut. l. ita. §. gessisse. sed opponitur ad versi. istuz: ⁊ videtur ꝙ si aliq̃s volens donare mihi fideiussori liberauit me debitorem ꝙ non agam mandati. vnde videtur contra. s̃. eo. l. ideoq3. §. vltim̃. ⁊. l. seq. ⁊ princip. seq. ad quod vos dicetis ⁊c. vt ibi dixi. [q̃ ꝙ soluit] vere vel interpretatiue: vt. s̃. proxi. §. ⁊ hoc nisi ratio vsuraꝝ emerserit ratione more: vt. s̃. eod. l. si vero remu. §. si mihi mandaueris. ⁊. C. eo. l. si post solutionez. [⁊ ea]. s. x. [agam] contra te. quia tali solutione es liberatus: vt. j̃. de solu. l. vero procuratori. in prin. [repetã ab eo.] condic. indebi. vel condic. ob causam. vt. C. de condictione indebiti. l. creditoris. ⁊. C. de fur. l. falsus procura. ⁊. s̃. de condi. ob cau. da. l. si procurator plene dixi.

I ☞ Dãna cãu fortuito occurrẽtia dñs ꝓcuratori nõ emẽdat.

I **Non omnia.** † In. §. isto dicitur: si aliquis prelatus vel baro constituit procuratorez vt veniat ad curiam ad impetrandum literas pro eo vel contradicendum his qui volebant impetrare contra eum: ⁊ ille procurator est in itinere spoliatus a latronibus: vel vulneratus ⁊ expendit in faciendo se curari non recuperabit ista contraria act. mandati a domino. nam licet ista passurus non esset si procurator non fuisset: tamen iste debet ascribere casui fortuito. q2 mandati actio est bonefidei: et in ea non venit casus fortuitus nisi aliud actum sit. h.d. iste. §. videatis expositionem litere. [imputabis]. s. procurator. [casibus] scilicet fortuitis. [oportet]. s. a domino mandati contraria non recuperat: quia nullo bonefidei iudicio ⁊c. vt. C. de pig. act. l. que fortuitis. ⁊. l. nulla. Secus est in duobus socijs: quia si socius florentinus in galliam vadit in itinere spoliatus a latronibus imputat socio: vt. j̃. pro socio. l. cum duobus. §. quidam. ⁊ est ratio diuersitatis: quia societas habet in se ius fraternitatis: vt. j̃. pro socio. l. verũ. Unde sicut fratres cogitant bonum ⁊ malum ita ⁊ socij.

Si cum seruus. In. §. isto dicitur: mandaui tibi vt emeres illum seruum tu eũ emisti: ille seruus fecit tibi furtum: nunquid potes agere actiõe mandati vt illum seruum dem tibi pro noxa? certe sic: quod est verum cum sine culpa tua fecit furtum ⁊ ignorabam illum furẽ. Si autem sciebam illum furem tunc teneor insolidum: nec liberor si vellem pro noxa dimittere. hoc dicit iste. §. [dedatur ait.] s̃. de noxa. act. l. j. et. j̃. de re iudica. l. miles. ⁊. s̃. de pigno. act. l. si seruus. [oportet.] ne officium tuum sit tibi damnosum. quod esse nõ debet: vt. j̃. de furtis. l. si seruus communis. §. quod vero ad mandati act. attinet. Et facit ad hanc distinctionem que fit in hoc. §. s̃. commoda. l. j. ⁊. j̃. loca. ⁊ conduc. l. si tibi domum. §. j. sed ad id quod dicitur in prin. huius. §. oppo. ⁊ videtur ꝙ agaz mandati ad interesse non vt des seruum pro noxa: vt. j̃. de fur. si seruus cõis. §. quod vero ad mandati act.

Faber mandato. In. §. isto dicitur: mandaui cuidam fabro amico meo vt emeret mihi seruum pro. x. ipse eum emit ⁊ docuit ei fabricam: postea vendidit eum pro. xx. egi contra fabrum et precium sum assequutus scilicet. xx. postea faber est conuentus ab emptore: quia non est bene sanus et condemnatur: nunquid faber habebit actionem contrariam mandati contra me. respondetur qđ non: nisi sine vitio eius postq̃ emit factus est vitiosus: sed si mãdato meo faber docuit eum fabricam tunc sumptus factos in eũ a me recuperabit: nisi rogauerim vt suo sumptu doceret ei fabricam. hoc dicit iste. §. videatis expositionem litere. [coactus est soluere.] scilicet mandanti. quia ex mandato ⁊c. vt. s̃. eo. l. ex mandato. [damnatus est] actione redhibitoria vt recipiat seruum et reddat. xx. [consequuturum.] actione mandati contraria. [sit.] quia tunc nihil vltra assequeretur: vt. s̃. eo. l. idemq3. §. idem ait.

Si quis alicui. ¶ In princip. huius. l. dicitur. mãdaui tibi epistolam in qua continebatur vt tuum debitorem liberares quia tibi soluerem: tu liberasti eum: nunquid teneris mihi actione mandati contraria. respondetur ꝙ sic. hoc dicit. prin. huius. l. [soluturuz]. s. scripsit. [tenetur.] vt. supra eo. l. si vero non re. §. si post.

I ☞ Mandatum potest conferri post mortem mandatoris ⁊ ex penitentia reuocari.

I **Si seruum.** † In. §. isto dicitur: tradidi tibi seruum ea lege vt post mortem meam eũ manumitteres: nunquid valet tale mandatum. respondetur quod sic. ⁊ me mortuo datur heredi meo actio mandati: nisi peniterem ante mortem meam: quo casu possem agere mandati ad seruum hoc dicit iste. §. videatis expositionem litere. [tradidero] trãsferendo in te dominium: al's per procuratorem non posset fieri manumissio: vt. C. de manu. vin. l. nec. [consistit obligatio] scilicet vltro citroq3 nam teneor tibi ad expensas quas in meo facies. et tu heredi meo vt manumittas eum. [interuenire.] idest vt ego agam actione mandati. [velim.] nam licet mihi penitere re integra: vt. s̃. si cer. peta. l. non omnis. §. j. ⁊. s̃. de condic. ob cau. da. l. dedi. §. si seruum.

I ☞ Qui mandatũ suscepit d3 implere si põt ⁊ si non põt dño nunciare d3 al's ad interesse tenet̃.

I **Qui mandatum.** † In. §. isto dicitur. mãdaui tibi vt gereres negocia mea suscepisti mandatũ: nunq̃d illud mandatũ sine cã debes tu deserere? certe nõ: immo debes adimplere: al's teneris mihi ad interesse. s3 si vides ꝙ non possis adimplere debes mihi denunciare vt alij mandẽ: ⁊ si nõ renũcias cũ possis renunciare teneberis ad interesse meũ: s3 si subest iusta cã quare nõ renũciaueris non teneris. h.d. iste. §. videatis expositionẽ litere. [nõ op3]. s. nisi iusta causa interuenerit: vt dixi. s̃. e. l. si tibi mandauero. §. vl. cũ

tribus.ll. seq.[tenebit.]vt.s.e.l.si pcuratorẽ.§.mandati.

1 ☞ Mandatũ sicut finitur morte mandantis ita morte mandatarij.

1 **Morte q̃z eius.** †In.§.isto dicit̃ si mandaui tibivt gereres negocia mea: si decedis me viuo ꝛ re integra finit̃ mandatũ:nã sicut morte mandãtis finit̃ mandatũ re integra:ita morte mandatarij: ꝛ ideo si heres tuus gessit nõ hꝫ mãdati act̃.h.d.iste.§. videatis expositionem litere.[mandatũ]sic ꝛ morte mandãtis soluit̃ mandatum vt.s.e.l.inter causas.in princ.ꝛ.C.e.l.mãdatum.[actio].s.neg.gest.vt.s. de iudi.l.de qua re.

Impendia. In.§.isto.dicitur. si aliq̃s suscepit negocia mea gerẽda ꝛ bona fide impẽdit in negocijs meis gerendis poterit repetere act̃. mãdati ꝯria.:lꝫ dñs minores ipensas erat facturus si negocia sua gessisset.h.d.iste.§.[debent].s.vsq̃ ad pbabilem modũ:vt.s.de pcu.l.qui ppzio.§.pcurator.[impendere]ꝛ recupat etiã si ꝯrius euentus sequutus sit.j.e.l.qui mutuã.in fi.

1 ☞ Mandatario cedende sunt actiones contra reum principalem ꝛ eius solutione in dubio reus principalis non liberatur.h.d.cum.l.seq.

1 **Si mandato meo.** †In.§.isto dicit̃: si mandaui tibi vt titio.c.mutuares:ꝛ tu mutuauisti agis ꝯtra me act.man. sed aliter nõ debeo tibi ꝯdẽnari nisi cedas mihi act̃.quas habes ꝯ titiũ. Sed q̃d si egisti cũ titio nunq̃d ero liberatus:certe nõ: ꝫ quãto min⁹ ꝯsequutus es a titio intantũ ageres ꝯ me act̃.mã.h.d.iste.§.videatis expositionẽ litere[ꝑstiteris]accedit.s.e.l.si pcuratorem.§.vlti.[ero].i.remanebo.sic.ꝛ.j.de fi.instr.l. si mãdato.[non potueris]accedit.s.si cer.pe.l.vlti.ꝛ.j.de v̄.obli.l.cum.ꝛ.

Papi.libr.questionũ scribit. In.l.ista dicitur si mandaui titio vt mutuaret tibi.ꝛ.ꝛ ipse mutuauit ꝛ postea soluo non p te.ꝫ volens me liberare a titio cui mandaui non liberaris:ꝛ ideo potero postulare a titio vt cedat mihi actionẽ aduersus te.h.d.ista.l.videatis expositionem litere.[pap.libro questionum scribit.]sub.ꝛ bene.[soluẽtem].s.debitũ debitoris[reũ].i.debitorẽ.[ꝛ suo noĩe.].s.q̃tũ ad vtilitatem debitoris q: nõ liberauit eũ a creditore ipso iure.[cedi debere]a creditore. ¶ Or signori circa.l.istã est insistẽdũ: q: hic dicitvr dixi in casu.ꝛ ad hoc facit.s.de peti.hered.l. si quis possessor.ꝛ.s.de in rẽ v̄so.l.si filius.ꝛ lꝫ nõ liberẽ te ipso iure q̃ñ soluo p me tñ libero: doli excepti.vt.s.de exerci.l.j.§.pen.ꝫ si soluerẽ p te ꝛ tuo noĩe esses liberatus:vt.s.de neg.ges.l.soluendo.ꝛ.j.de sol.l.soluẽdo:ꝛ q: solutiõe eius q̃d debet̃ tollitur oĩs obligatio:vt insti.q̃.mo.tol.ob.in prin.vñ si creditor non hꝫ act̃.nõ cedet.ꝫ quero q̃ñ dꝫ creditor cedere act̃. mihi fideiussori vel mãdatori:dicũt quidã q sunt cedende ante solutionẽ: ꝛ p eis est ar.j.de le.j.l. si res.ꝛ.j.de admi.tu.l.si minoris.alij dicunt q post solutionẽ:si hoc agat̃ ꝛ p eis est ar.j.d sol.l. modestinus. Sed in questione ista põt distingui:aut soluo p me ꝛ meo noĩe.aut p te ꝛ tuo noĩe:aut simplr̃:si p me ꝛ meo noĩe siue ante solutionẽ:siue postea facias mihi cessionẽ valet cessio: si actũ est inter me ꝛ te q post solutionẽ mihi cedas:ꝛ sic intelligit̃ p̃eall̃.l.modestinus.cũ suis sĩlibus:si aũt soluo p te ꝛ tuo noĩe apud te sunt inanes actiones.vñ non possunt cedi ante solutionem vel post:vt.j.de fideius.l.cũ hi. Si aũt simplr̃ soluo p̃sumit̃ q pro me ꝛ meo noĩe soluerim:si incontinenti faciã mihi cedi act̃.a creditore:si dudum postea p̃sumitur q soluerim p te ꝛ tuo noĩe: vt.j. de solu.l. modestinus.

1 ☞ Fideiussor si soluit ignorans debitorem liberatũ vel tutũ exceptione hꝫ actionem mãdati nisi fuerit in ignorãtia supina.h.d.vsq̃ ad.§. quedã.

1 **Si fideiussor.** †In prin. huius.l. dicit̃ fideiussi p te in.c.credebã illa.c.tibi esse numerata ꝛ nõ erãt:postea cũ creditor peteret a me nõ opposui ei excep.nõ nu.pec.ꝯdẽnatus solui. Nunq̃d potero a te recupare act̃.mandati id q̃d solui.rñdetur q si sciebã tibi cõpetere illã excep. nõ repetam. q: videor esse in dolo:ꝫ si ignorabã pecuniã nõ esse tibi numeratã: ꝛ ideo non opposui potero a te repetere act̃.man. q: nihil est q̃d mihi imputet̃.idẽ est ꝛ si creditor fecerat tibi pactũ de non petendo.nã si ignorabã repeto a te act̃.mãdati.q: debuisti me certiorare ne soluerẽ indebitũ.ꝫ si sciẽs soluissem nõ recupo.h.d.prin.huius.l.videatis expositionẽ litere.[vel doli]que hꝫ locũ vbi exceptio nõ nu.pec.hꝫ locũ.vel quelibet alia.vt.j. de do.excep.l.j.§.generalr̃.[vel non nu.pec.]que hꝫ locũ infra bienniũ: vt.C. de nõ nu.pec.l.si ex cautione tua.[pari rõne].q.d. q̃d dictũ est in exce.non nu.pec. idẽ est in excep̃. pacti de nõ petendo facti debitori.[indebitũ.]vt.j.e.l.§.si cum debitor.

Non male. In.§.isto dicit̃.fideiussi p te apud tuum creditorem in.c.ꝫ inutiliter me obligaui conuentus a creditore me inutiliter obligatum solui. nunquid recuperabo a te act̃.mandati.ꝛ rñdet̃ q si ignorans factũ solui q sic:si aũt ignorãs ius solui non recupabo a te act̃. mandati.h.d.iste.§.videatis expositionẽ litere.[inutiliter obligatum.]puta si obligauit se in duriorẽ cãm:vt.j.de fideius.l. grege.[factum.]puta ignorauit reũ ciuiliter tñ obligatũ facto eo pacto de non petendo.[si ius.puta q: credebat reũ ex interuallo rñdentem teneri.non tñ tenet̃:vt.j.v̄b.ob.l.j.§.j.[debet.]q: non agit mandati ꝯ reum mandantem: ꝛ est rõ huius casus: q: ius est finitũ facta infinita:vt.j.de iur.ꝛ fac.igno.l.ij. ¶ Sed ad.§.istum op.ꝛ videtur q etiam ius ignorans repetat: q: certat de donando.vnde videtur contra.j.de iur.ꝛ fac.igno.l. iuris ignorantia.in fi.ꝛ.l.error.in fi.rñ.hic ipse fideiussor ꝛ debitor certat de damno vitãdo.vnde cum debitor possideat in pari causa potior est conditio possidentis:vt.j.de reg.iur.l.in re obscura.ꝛ.j.de ver.ob.l.si seruum.§.sequitur.

Si cum debitor. In.§.isto dicit̃. fideiussi p te apud tuũ creditorem in.c. tu soluisti:ego ignorans te soluisse iterato solui:nunquid illa.c.recuperabo a te act̃.mandati.ꝛ certe rñdetur q sic:nec mihi imputatur si nõ diuinaui cum potueris mihi notum facere quod solueras.ꝛ idem est si tu fideiussor soluisti ꝛ non denunciasti debitori ne solueret:si postea debitor soluit non recuperet act̃.mandati quod soluisti: quia fuisti in dolo q non denunciasti. Sed quo casu non denunciasti mihi q̃d solueras:si postea solui poteris me conuenire act̃.mandati.vt cedam tibi ꝯdic. inde. contra creditorẽ ne duplum assequatur.h.d.iste.§. videatis expositionem litere.[si non diuinauit debitorem soluisse.]vnde not. hic q aliquis nõ cogitur diuinare.ꝛ ad istud accedit.s.ad.l. aquil̃.l.si putator.in fin.ꝛ.C.de contrahen.emptio. ꝛ vendi.l.vlti.[repelli.]sic.ꝛ.s.eod.l.si procuratorem.§.si ignorantes.et.l. si tibi mandauero.§.vlti.ꝛ.s.de condi.ob cau.da.l.si pecuniam.§.itẽ si quis.ꝛ.s. de institu.l.sed etsi quis. [dolum enim proximum esse.]vt nota.s.ea.l.in princip.[debitori.]secus si iusta de causa non potuit denunciare:vt.s.eo.l.si quis alicui.§. qui mandatum suscepit.[consequetur.]quod esse non debet: quia bona fides ꝛc.vt.j.de regu.iur.l.bonafides non patitur.

Si liber homo. In.§.isto dicit̃ liber homo seruiebat mihi bona fide putãs se seruũ meũ esse:mãdauit tibi vt eũ redimeres a me:tu emisti eum a me ꝛ soluisti:nunqd habes ꝯ eũ act̃.mãdati ꝯriã:certe sic.dũtamen cedas ei act.quas habes ꝯ me venditorẽ[agi posse ꝯstat] ꝯ eũ qui est redẽptus[vt tñ actiões].s. ex empto ꝛ ꝯdi. inde. vt s̃.de ꝯdi.inde.l.seruum.[nõ manumisisse].s.de facto:etiã q: de iure non potest manumitti homo liber.vt insti.de lib.in fi.

1 ☞ Furtũ sine cõtractatione nõ committitur.

Procurator. In.l. ista dicit̃ si ꝓcurator meꝰ nõ ꝯctauit res meas animo lucrandi.sed aliquas res sibi traditas a debitoribꝰ meis non tradidit mihi tenet̃ mihi mãdati non furti.h.d.ista.l. videatis expositionẽ litere.[nõ reddidit]ꝛ inficiat̃ se habere nõ aũt contractat[tenetur]nam sola inficiatione non cõtrahitur furtum:vt.j.de fur.l.inficiando.in prin.sed si cõtractet tenetur furti:q: furtum est contractatio ꝛc.vt.j.de fur.l.j.

Cum mutuam. In prin.huius.l. dicit̃ mãdaui tibi ꝙ tu deberes periculo meo mutuare.c.acceptis pignoribus ꝛ bonis fideiussoribus:ꝛ fuit dictum inter me ꝛ te ꝙ tu haberes electionem vel velles ꝯuenire primo principalem vel me primo. itez ꝙ si primo elegisses debitorem ꝙ posses recurrere ad me:tu non vis agere contra debitorem vel fideiussorem : sed contra me mãdatorem: nunquid potes:videbatur ꝙ non:sed certe verius est ꝙ lz mandauerim ꝙ accipias bona pignora ꝛ bonos fideiussores vt videatur actum inter nos ꝙ primo possum te cõuenire:q: que tollende dubitationis cã in contractibus inserunt̃ ius cõe non ledunt.h.d.ista.l.in sui prin.videatis expositionem litere[qui] scz ille[quidam]alij[si literis].i.pacto qd̃ in literis continet̃. vt sit licitum prius eligi mandatorẽ.[inserunt̃]vt accipiantur pignora ꝛ boni fideiussores[ius cõe non ledunt].i.mutant qñ sit electio mandatarij vel cõuenire primo reum vel fideiussorem: vel pignora vel mandatorem.ꝛ ad istud accedit.j.de regu. iur.l. que dubitationis tollende.ꝛ no.ꝙ prin.huius.l.loquitur ẜm antiqua tpa ẜm que erat in electione actoris cum quo velit agere: vt.C.de fideiuſ.l.non recte.ꝛ.l.iure:hodie secus est vt in aut̃. de fideiuſ.l.vlti.

Fideiussor. In.§.isto dicit̃ fideiussi ꝓ te in.x. apud tuũ creditorem:creditor decessit relicto minore herede.ille minor petijt pecuniã obtuli in iure deposui ꝛ cõsignaui autoritate iudiciaria:nunquid videor soluisse:certe sic:ꝛ ideo habeo ꝯ te debitorez act̃.mã.ac si soluissem.h.d.iste.§. [põt]q: soluisse videtur.ꝛ ad hoc facit.j.de fideiuſ.l. fideiussor qui minori.

Non ideo minus. In.§. isto dicit̃. tu eras ciuis romanus absentasti te gessi sine mandato tuo negocia tua p.v. annos reuersus mãdasti mihi ꝙ gererem negocia tua:tu iterum absentasti te cã reipublice:ꝛ ego negocia tua gessi:nunqd in act.mã.veniet prima gestio:certe sic.h.d.videatis expositionem litere[mandatũ instaurauit].i.de nouo iniunxit.[secundi tpis].i. administrationis scdo tpe suscepte[suscipiet]nã qd̃ debebat ex cã precedenti debebat a se exigere:vt.s̃.de neg.ge.l.ꝓculus.ꝛ.l.diuortio. ꝛ ideo vt ex secunda gestione poterit ꝯueniri act̃.man. ¶ Mor signori super.§.isto consueuit queri sic:ego iturus vltra mare constitui te ꝓcu.meũ:postea reuersus gessisti nec tibi dixi aliquid.postea conuenio te man.actiõe ꝓ vtraqꝫ gestione:nunquid videtur primũ mandatum iniunctum instauratum sola reuersione vt sic tenearis de vtraqꝫ gestione mandati.an videtur primũ mandatuz reuocatum:rñdeo hec questio est sabatina:ꝛ certe videt̃ sit reuocatum mandatũ me reuertente:vt ita non tenearis mandati de secunda gestione que fuit cã quare constitui te ꝓcu. q: iui transmare:ergo me reuerso cessat illud mandatũ.vnde cessante causa cessat effectus:vt.s̃.de iud.l.iij.§.legati.ꝛ.j.ꝓ socio.l.actione.§. item si alicui.ꝛ.C.de emptione ꝛc.econtra videt̃ ꝙ non sit reuocatuz:immo videt̃ ꝙ restauretur mandatum:vt hic dicitur vnde teneris de secunda gestione mandati que fuit cã ꝙ mandaui tibi vt gereres negocia mea:q: iui trãsmare: ista fuit causa impulsiua:causa finalis fuit quia nolui per alium gerere:ꝛ vbi est causa impulsiua non finalis cessante causa non cessat effectus:vt.s̃. de postul.l.j.§.sexũ. ¶ Mor signori questio ista soluitur ita subtiliter si ego iturus vltra mare constitui te ꝓcura.meum ꝛ reuertor finitum est mandatum:nec restauro mandatum exp̃ssim vel tacite:ꝛ videor tacite restaurare mandatum cum remaneat eadẽ causa nunc que fuit primo.ꝛ hoc ꝓbatur tali ratione. Si homo furiosus est:datur ei curator.si efficiatur sane mẽtis:curator nõ administrat.si anteq̃ reddat rationez administrationis : homo ille reuertitur ad furorem:curator suscipit administrationẽ: vt C.de curato.furio.l.penulti.vel potest dici secundo modo ꝛ aliter:si ego iturus vltra mare constituo te procuratorem meum et tu suscipis mandatum et administras negocia mea ꝛ ego reuertor et dico:noli amplius administrare:vel incipio administrare negocia mea et tu destitisti:hic si reuertor ad sanctum Jacobuz dicam finitum mandatum ꝛ non teneris de vltima gestione mãdati:sed nego.gest.nec resuscitabitur mandatum: immo perinde est ac si alium constitui procuratorem:vt.s̃. de procurato.l.si quis cum procura.§.vltim̃.si autem non reuoco expressim sz tacite patior te administrare et reuertor ad sanctum Jacobuz nõ videor te prohibuisse:vnde teneris mandati de prima et secunda gestione:quia semper qui ꝛc.vt.s̃.de regu.iur.l. semper q̇ nõ prohibet.

Salarium. In.§.isto dicitur mandaui tibi ꝙ tu gereres negocia mea tu gratis suscepisti mandatum videns quod bene gerebas mea negocia tibi dixi: secure administra:quia bene faciam tibi:nũquid ex istis verbis potest peti salarium iudicis officio vel acti. mandati:certe non: quia est incertum re et genere.hoc dicit iste.§. videatis expositionem litere.[salarium incerte pollicitationis.]scilicet re ꝛ genere.al's secus:vt.s̃.eo.l.salarium.et.l.si remu.[neqꝫ extraordinem.]idest iudicis officio[constituatur.]scilicet potest agi:et ad hoc concor.C.eo.l.salarium: ꝛ ibi plenius dixi.

Sumptus. ¶ In.§.isto dicitur si procurator meus bona fide facit sumptus vtiles vel necessarios in re mea:licet res illa perijt nihilominus sumptus recuperabit a me act.mandati. hoc dicit iste.§. videatis expositionem litere.[non potuit.]quia res illa perijt.[est]quare quia sufficit negocium vtiliter incohatum ꝛc.vt.s̃.de nego.gest.l. sed an vltro.

1 ☞ Mandatum non transit ad heredem mandatarij et videtur electa persone industria.Item publiciana non competit cõtra dominum.

1 **Mandatum.** †In.l.ista dicitur mãdaui tibi quod tales seruos meos distraheres:tu suscepisti mãdatũ anteq̃ distraheres mortuus es : nunquid finitum est mandatum : certe sic.Sed si heredes tui vendiderunt bona fide et emptores vsuceperunt non agam contra eos sed contra heredes tuos mandati:sed si emptores non susceperunt ꝛ ceciderunt a possessione illorum seruorum et nactus fui possessionem emptores contra me.publicianam intentare non possunt:quia publiciana excluditur ratione iusti dominij: ꝛ quia propter errorem aut propter imperitiam heredum non debeo affici damno. hoc dicit ista lex videatis expositionem litere.[intercidisse constitit]idest finitum est:quia res est integra:vt.s̃.eodẽ.l. si quis alicui.§. morte. [errore]scilicet iuris.vel etiaz facti credentes in persona eorũ teneri mandati tamen a domino non fuerat mandatum : vt ipse ꝛ heredes eius tenerentur vendere.[placuit]sed tenetur acti. mandati ad precium: licet finitum sit mandatum : vt.j.l. prim̃. [sed venaliciarum]idest emptorem seruorum[ex prouincia reuersuz].s.ante completam vsucap.[non acturum]contra dñm possidentem quia submoueretur exceptiõe iusti dominij:vt statim dicit cum exceptio ꝛc.[detur]nam quandoqꝫ etiam contra dominum datur publiciana:ꝛ ideo vertitur in hoc cause cognitio:vt.s̃.de pub.l.pe.ꝛ.l.vlti.

1 ☞ Mandatum morte finitur non actio mandati.Item nec obligatio que datur ex negocio gesto.

1 **Si precedente mandato.**

¶ †In princip.huius legis dicitur.titius mandauit tibi vt eum defendere deberes:tu hoc mandatuz suscepisti:postea ignorans titium mortuum ante lit. contesta. defendisti:nunquid dabitur tibi contraria actio manda. ad interesse contra heredes titij:videtur quod non : quia re integra mandatum soluitur morte : sed certe licet mandatum finiatur morte:tamen verius est quod duret contraria actio manda.sed si sine mandato titij suscepisti eius defensionem et condemnatus soluisti contra heredes eius habebis actionẽ neg.gestoruz quemadmodum si liberasses eum a quolibet alio debito.hoc dicit ista lex : videatis expositionem litere[titium defendebas.] scilicet nec lis fuerat contesta.[morte mandatoris] scilicet : vt non sit opus consummari.[soluitur]scilicet si sponte fuerit cõsummatum[suscepisti]animo nouandi.[ꝛ heredem eius]scilicet qui except.doli est munitus contra eum cui est solutum : vt s̃.de iu.l.de qua re.[eadẽ act̃].s.neg.ge.[teneri]vt.s̃. de neg. gest.l.si pecuniã. ¶ Mor signori habetis in prin.huius.l.ꝙ si mãdato tuo te defendi lz sis mortuus anteq̃ te defendã agã cõtra heredes tuos mãdati:sed lex videt̃ velle ꝙ non det̃ mandati: sed neg.gest. vnde videt̃ ꝯdicere.s̃.de nego.gest.l. de qua re.§.cum absentem.ad qd̃ potest dici vt ibi dixi.

Lucius titius. In.§.isto dicit̃ quidam debitor lucius titius nomine multos creditores habebat inter quos habebat vnũ qui multũ lacerabat eũ vnde iste lucius titius cogitauit si iste creditor trahit me in iudiciũ ego habeo multos creditores ipsi omnes cõcurrent ⁊ facient me detineri. vnde dixit ei dabo tibi optimũ mandatorē vnde dedit sibi căpsorē qui mandauit sibi qȍ differret petere vsqȝ ad annũ periculo suo: ⁊ de hoc creditor fuit ɔtentus. hoc facto lucius titius decessit: tũc ceperũt superuenire omnes creditores ⁊ dixerunt solue: dixit heres vos estis decepti vos creditis me adiuisse hereditatē debitoris sed ego nõ adiui. vnde dico ita vobis: si vos vultis mihi facere pactum de quota parte debiti dimittēdi ego adibo hereditatē: creditores oēs erant p̄sentes excepto illo cui dederat defunctus mãdatorē ⁊ dixerũt ꝙ eis placebat: facto isto pacto heres satisfecit creditoribus p̄sentibus cuilibet in dimidia: creditor absens reuersus vult agere cũ mãdatore non cũ herede dicit mãdator alij creditores fuerũt contenti certa parte debiti ⁊ tu similiter debes esse ɔtentꝰ. vñ si heres haberet hãc exceptionē ɔtra te: ⁊ ego similiter debeo habere modo querit̃ q̇d iuris sit: ⁊ respõdet̃ si iste creditor fuit p̄sens ⁊ pacto fuit ɔtentꝰ vel reuersus ratũ habuit illud pactũ hoc casu debebit esse ɔtentus certa parte debiti: sed si non fuit p̄sens vt dicit vel reuersus nõ habuit ratũ durum esset dicere ꝙ pactũ alioꝝ creditoꝝ noceret ei: q: potuisset esse si fuisset p̄sens ꝙ traxisset alios in suã sententiã: ⁊ ideo mandator dȝ totũ soluere ⁊ si sibi ꝓficeret potius cõsuleret̃ heredi q̄ sibi verũtñ si creditor reuersus cepisset agere cũ herede eo modo quo alij creditores: tũc videt̃ ratã habere pactionē vnde sicut ab herede nõ poterit petere nisi dimidiã ita nec a mandatore. h.d. iste.§. videatis expositionē litere. [lucius titius] debitor multoꝝ [debitore]. s. lucio titio [ɔsentiente] ⁊ dicit̃ maior pars creditoꝝ ɔsentire ⁊c. vt.ṡ. de pac. l. maiorē [vt portionē] ponamus dimidiã [cõueniat̃] a creditore apud quē intercesserat [ipse quoqȝ]. s. creditor [apud quē] mãdator interuenit de quo.ṡ. facta est mentio qui absfuerat vt sequens litera innuit: ibi sȝ cũ ꝓponis ⁊c. [ɔsensisset] sub. vel ratũ habuisset. vt in fi. huius ṽ. dicit̃. in ver. plane. [eaqȝ exceptio]. s. que dat̃ heredi reo. [⁊ mãdatori] vt.ṡ. de pac. l. vl. ⁊.ĩ. de excep. l. oēs. [eũ]. s. creditorē cui mãdator datus erat [electionē] ɔueniendi heredē debitoris vel fideiussorē siue mãdatorē. ¶ Or signori habetis hic ꝙ nocet alioꝝ ɔsensus in remittendo: sed vr̃ ɔ.ṡ. de pac. l. rescriptũ. ad qȍ pōt dici vt ibi dixi. [heredē] vñ q: videt̃ ratificasse pactũ sicut si p̄sens fuisset obstat exceptio. ita si ratum habet.

1 ☞ Qui mandato alterius stipulatur in dubio non videt̃ adhibitus animo donandi. h.d.

1 **Si mandato titij.** †In prin. huius. l. dr̃ quidã calfurnius nomine pecuniã a debitore titij mãdato ipsius stipulatus est sibi dari nomine titij. nũquid ab herede titij poterit ɔueniri act. mã. si nõ exegit vt actões suas sibi p̄stet: vl' si exegit tenet̃ act. mã. prestare qȍ exegit. rñdetur ꝙ sic. h.d. princi. huius legis: videatis expositionē litere [si mãdato titij]. s. qui creditor erat. [est]. s. ab eo cui titius credebat [pecunia] cũ ex mãdato nihil debeat apud eũ remanere. vt.ṡ.e.l. ex mãdato. ⁊ ita no. si ꝓcurator stipulat̃ sibi reddi querit sibi nõ dño: sed tenet̃ eã cedere domino vel heredi ipsius vt hic ⁊.ĩ. de acq̇. re. do. l. posses. in fi. q: regulariter per liberã personã non queritur nobis actio vt. C. per quas perso. no. acqui. l. j.

Paulus respondit. In.§. isto dicitur: accepi mutuo centũ ab aliquo: ⁊ ei pignora obligaui: ⁊ te fideiussorem dedi: tu soluisti ei: ⁊ pignora que iure creditoris ex pacto vel ex lege vendebat emisti ab eo volo tibi offerre sortē cum vsuris vel heres meus. nunquid teneris mihi vel heredi meo reddere pignora cum fructibus. rñdetur ꝙ sic: nec in hoc erit similis emptori extraneo: qui si emisset illa pignora non teneretur restituere. h.d. iste.§. videatis expositionē litere [a creditore] distrahente ex pacto vel ex lege, [ab herede debitoris.] ⁊ idem si ɔueniatur a secundo creditore vt.ĩ. de distract. pigno. l. ij. ⁊. l. cum seruũ. [cogetur] sed videtur ꝙ nõ teneatur acti. mandati immo videtur ꝙ teneatur de dolo. vt. C. de dolo. l. j. ad quod vos dicetis qȍ dicitur ibi ꝙ tenetur de dolo exponitur de dolo. i. mandati nomine doli: et sic non contradicit: vt ibi plene dixi. [debeat]. s. fideiussor naȝ extraneus emptor non tenet̃ reddere vt.ĩ. de distra. pig. l. j. sed fideiussor sic vt hic. ⁊. C. de dolo. l. j.

Paulus respondit. In isto.§. dicit̃ lucius titius mãdauit mihi vt titio. x. mutuarē que intra diē taleȝ mihi solueret mutuaui ⁊ infra diem nõ soluit: nũquid post diē potero eũ conuenire: rñdetur ꝙ sic. h.d. iste.§. videatis expositionē litere. [lucius titius] mãdator [possit] vt.ĩ. ea. l.§. ille. videbat̃ ɔtra: q: tp̄s nõ est ⁊c. vt.ĩ. de act. ⁊ ob. l. obligationũ fere.§. placet. sed certe hic agebat̃ tacite vt post diē posseȝ te ɔuenire. vt.ĩ. de ver. sig. l. cedere diē. in. l. ɔ. dicebat̃. ꝙ nolebas teneri ex inde vñ nõ valet: q: habes ex dolo ⁊c.

Paulus respondit vnum ex mãdato. In.§. isto dicit̃: si duo mãdant mihi vt titio mutuem pecuniã quilibet tenet̃ in solidũ ⁊ si in mandato dictũ nõ est: sed si egi cũ quolibet in solidũ ⁊ sunt mihi simpliciter condēnati quilibet tenet̃ pro sua parte. h.d. iste.§. videatis expositionē litere. [eligi posse] loquit̃ scd̃m antiqua tp̄a. vt.ĩ. de duo. re. sti. ⁊ ꝓmit. l. j. ⁊. C. de fideiusso. l. iure. lȝ si idonei sint ambo habebũt beneficiũ epistole diui ãdri. vt. C. de cõsti. pec. l. vlt. sed hodie secus est: q: ipso iure quilibet pro parte sua tenet̃ nisi expressim dicatur ꝙ quilibet teneat̃ in solidum. vt in aut̃. de duo. re. sti. ⁊ ꝓmit. in prin. [⁊ debere] vt. C. si plures vna sentētia fue. condem. l. j. ⁊ ita no. ꝙ hic est casus specialis: in quo exceptio rei iudicate ꝓderit cõdēnato qȍ est ɔ. l. ĩ. de exce. rei iudi. l. euidēter. iniquissimũ est vel pōt dici ꝙ hic p̄ sñiam fuit facta nouatio.

Creditor. In isto.§. dicitur: tu mutuasti pecuniã titio accepto pignore ab eo mãdato meo postea tu vendidisti pignus ex pacto vel ex lege: tñ postea ab emptore est euictũ: nunq̇d ɔtra me mandatorē habebis actionē: ⁊ nunq̇d interest an pignus vendideris iure creditoris an iure cõmuni: ⁊ respondetur si tu creditor nõ sis ɔsecutus ex precio pignoꝝ debitũ q: teneris de euictione sicut solutio illius debiti ꝓficit debitori: ita ⁊ mihi mãdatori. vnde nõ habebis act. mãd. ɔ me. h.d. iste.§. videatis expositionē litere. [creditor pignus vēdidit]. s. qȍ facere pōt ex pacto vel ex lege. vt insti. quibus ali. li. vel nõ. in prin. [⁊ an intersit]. i. sit differētia. [vēdiderit] vt q: de euictione nõ ꝓmisit qȍ non tenet̃ facere quotiēȝ iure creditoris vendit ĩ. de distrac. pig. l. ⁊ si is. ⁊. l. quesitũ [ad liberationē] igitur si tenetur nomine euictionis non ꝓficit si vendidit sumpto arg. a cõtrario sensu qȍ fortissimũ est. vt.ṡ. de iuris. om. iudi. l. j. in princi. vnde no. hic ꝙ solutione tollit̃ omnis obligatio: verũ est duratura. vt hic. ⁊.ĩ. de leg. j. l. qui concubinam.§. heres.

Ille illi salutem. In.§. isto dicit̃: titius seio misit talē epistolã dicendo: ille illi salutem. mando tibi ꝙ illi blesio seuero affini meo mutues. lxxx. acceptis pignoribus illis ⁊ sub vsuris in quã pecuniã et quicq̇d accesserit nomine vsuraꝝ cõstituo tibi me mãdatorē ⁊ te indēnē seruabo q̄diu vixerit blesius seuerus: hoc facto dixit seius titio tu extitisti mãdator pro blesio solue mihi: dixit titius: bene soluã postea decessit blesius nunquid poterit seius experiri contra titium: videtur ꝙ non: sed paulus respondet: ⁊ dicit ꝙ tale mãdatum debet interpretari sic: ꝙ titius obligabat se pro blesio ⁊ ꝙ esset obligatus quousqȝ viueret tamē non agebatur ꝙ eo mortuo finiretur mandatũ. vnde eo mortuo seius habebit act. mandati contra titium. h.d. iste.§. videatis expositionem litere. [prestaturum] hucusqȝ legitur litera suspensiue [liberatus sit. s. mãdator [prestaturũ] quia potest contrahi mandatum post diem. vt.ṡ.e.l.§. paulus respondit die adiecto.

Paulus respondit. In.§. isto dicit̃ si mãdaui tibi ꝙ tu deberes titio mutuare decem accepta idonea cautione si mutuas ei nõ accepto fideiussore vel pignore videris excessisse fines mandati. et ideo ñ tenebor tibi mandati act. h.d. [sint.] nec ergo mãdator mandati poterit cõueniri. vt. C. de fideius. l. si creditor. vnde no. hic ꝙ appellatione nude cautionis continētur fideiussores vel pignora. vt hic. ⁊.ṡ. de constitu. pecun. l. promissor. appellatione simplicis cautionis non continentur fideiussores vel pignora sȝ nuda promissio. vt. C. de verbo. signifi. l. sancimus. appellatione satisdationis continentur fideiussores tantum vt.ṡ. qui satida. cogan. l. j. ⁊ est iste.§. in argu. ad questionem qua queritur si aliquis promiserit cauere alicui ad sensuȝ sapientis: an debeat dari fideiussor vel pignus si insipiens hoc dixerit: in qua questione plenius dic hic vt dixi. C. de procura. l. j. ⁊ ad hoc facit qȍ not.ṡ. de procur. l. non solum.§. qui alieno.

1 ☞ Appellatione mandatoris pendente pōt conueniri reus.

1 **Creditor.** †In prin. huius. l. dicit̃: mandaui tibi vt cētũ mutuares titio meo periculo: tu mutuasti postea conuenisti me ⁊ fui tibi condemnatus: appellaui pendente appellatione cuȝ titio vis experiri: nunquid poteris: respondetur quod sic. hoc dicit ista lex in principio videatis expositionē litere. [condemnatus] scilicet actione mandati. [prouocauit.] idest appellauit [respondi posse] non obstat quod dicit nil no. appella. penden. quia illud verum est inter easdem personas: sed inter alios non est verum puta inter debitorem ⁊ creditorem.

Ad eum qui vxorē ducturus erat §. iste verbosus est: tamen in eo potest breuiter ita notari casus:

titius scholaris seio misit talem epistolam titius seio salutem. Intellexi ꝙ tu vis ducere talem invxorem quam scis ad animũ meum pertinere. i. quia diligo eam: ⁊ bene placet mihi ꝙ nubat tibi: quia dignus es habere talem vxorem. vnde volo ꝙ si cõtra has matrimonium cum ea licet titia mater ipsius sit idonea ad dotem tibi promittendam: tamen vt reconciliem animum tuum domui mee mando tibi ꝙ volo teneri tibi de eo quod ipsa tibi ꝓmittet nomine dotis: postea mater puelle promisit seio dotem: mater non soluit seio dotem nec est soluendo. ille seius agit cõtra heredem titij scholaris act. mandati: heres soluit. modo queritur si heres titij scholaris prestitit seio aliquid vtrum possit recuperare a matre vel ab eius heredibus vel ab vxore sey act. mandati. vel nego. gest. respondetur si titia mater non mandauerat nec postea ratum habuerat que scripserat non tenetur act. mandati: vel nego. gest. ⁊ ideo nec a titia nec herede titię matris poterit heres titij recuperare quod soluit: quia non videtur mandasse titius contemplatione matris vel eius filię: sed vt seiũ magis amicum habere domui sue. Sed ⁊ si maritus ageret aduersus mandatorẽ nõ posset repelli aliqua excep. quin teneret̃ prestare eum indẽnem sicut ei mandauit. h. d. iste. §. videatis expositionem litere. [titius]. s. scholaris [cognouisti] dilectione honesta. vt qꝛ erat neptis huiꝰ titij scholaris illa sempronia: vel exponatis pertinere ad animũ meũ cognouisti dilectione inhonesta. vt titius erat scholaris ⁊ sempronia fuit eius ꝯcubina [idqꝫ ex voto meo]. i. quia bene placet mihi scđm dignitatem tuã cõtrahere matrimoniũ: quasi dicat ita est bona ⁊ nobilis qđ bene te dotet: ⁊ potest intelligi hec litera dupliciter si es dignus ⁊ ipa indigna: si es indignus ⁊ ipsa digna.

I ☞ Mandatarij plures tenentur insolidum.

I **Duobus quis.** † In. §. isto dicit̃: si mandaui duobus vt gererent negotia mea cum quolibet ago insolidũ act. mandati. verũtamen si sum assecutus ab vno solidũ non potero assequi ab alio. h. d. iste. §. videatis expositionez litere. [duobus quis mandauit]. s. cuilibet insolidũ [conueniri debere] ita tamen vt ille prius conueniatur qui gessit de eo quod gessit: ceterum de communi negotio gesto vel nõ gesto vel neglecto ad exemplum tutorum omnes insolidum tenẽtur. vt infra de tut. ⁊ ra. di. l. j. §. nunc tractemus [dumtamen ab vtroqꝫ]. i. inter ambos. [exigatur] vt. j. de reg. iur. l. bonafides ⁊ loquitur iste. §. secundũ antiqua tẽpora secũdũ que quisqꝫ poterat insolidum conueniri. hodie aũt possunt vti beneficio diuisionis si ambo sunt presentes. vt in autẽ. de duo. reis sti. ⁊ ꝓmit. in prin. ⁊ ex. §. isto colligitur arg. ꝙ si duo sunt constituti ꝓcuratores ꝙ cuilibet non est mandatũ negotiũ insolidũ nisi expresse hoc esset dictum. vt. s̃. de procurat. l. si duobus. ⁊ l. seq. ⁊ idem est in duobus commodatarijs ⁊ depositarijs. vt hic. ⁊. s̃. deposi. l. j. §. si apud duos. secus est in duobus tutoribus ⁊ curatoribus. nã cuilibet videtur insolidum. mandata administratio: etiã si hoc non agatur. vt. j. de admini. tu. l. de cetero. in fi. ⁊ C. quãdo vnus ex plu. tu. vel cu. agat. vel ꝯue. l. j. ⁊. ij.

I ☞ Si vir vt vir alit vxorez debet habere vsuras dotis vsqꝫ ad ꝯcurrentem quantitatẽ alimentorum. h. d.

I **Si inter maritum.** In. §. isto dicitur: duxi filiam tuam in vxorez inter me ⁊ te ꝯuenit ꝙ alerẽ filiam tuaz donec vsuras dotis prestares alui eam tu nõ prestitisti vsuras peto a te tu dicis qđ minus expendi in alimentãdo eã quã essent vsure. non vis soluere supfluũ nunquid teneris: certe sic. sed si pater mãdauit vt filiam suã alerem habeo acti. mã. h. d. iste. §. videatis expositionẽ litere. [vsuras]. s. vt ex eis alatur a iure cũ socer nõ soluisset dotez. [exhibitionẽ]. i. vt eã aleret. [cõpetere.] si pater mãdat ꝙ debeat filiã suã alere debet assequi tantummodo quod expendit non vltra.

I ☞ Negotium si committitur in procuratoris liberam voluntatem secundum materiam cõtractus hoc agi intelligitur vt dolus malus absit.

I **Lucius titius.** In. §. isto dicitur † quidam lucius titius nomine ad filiũ fratris seiũ nomine de quo bonam presumptionez habebat misit talẽ epistolam scđm naturã sum tibi quasi loco patris ⁊ tu mihi es loco filij cum non habeam aliam sobolem: filius in re patris debet negotiari sine concessione: vnde ꝯcedo tibi ꝙ in negotijs meis negotieris sicut vis: iste seius aliqua fraudulenter alienauit: nunquid titius tenetur rata habere: certe non. quia in generali sermone vel mandato dolus nõ ꝯtinetur. Sed si magistratũ exercuit ⁊ obligatus est rei publice de hoc lucius titius non tenebitur: nec res pignori obligate tenebuntur. hoc dicit iste. §. videatis expositionẽ litere [administrationẽ ita]. s. bonafide [quesitum est.] grecuz habetis: istud grecũ dñs burgundius pysanus ita exposuit quicq̃d tenet̃ est expositio greci. [mãdasse]. ⁊ iđ gesta bonafide tenet̃ ratũ habere: aľs nõ. qꝛ i generali mãdato nõ cõtinetur dolus. vt. j. de lib. lega. l. aurelio. §. gaius seio. ⁊. s̃. de pac. l. tres fratres. ⁊. j. de cõdi. ⁊ demon. l. cũ tale. ⁊ l. cũ ita. [an cũ seius]. s. mandatarius.

q **Quod filio.** In. l. ista dicit̃: si mandaui filiofa. mi. vt peteret a debitore meo. x. ⁊ exegit emancipatus non tenet̃ pater de peculio: sed de eo quod fecit in potestate patris pater tenetur de peculo intra annum: sed filius tenetur mandati [agendum est] insolidũ act. in factũ: ⁊ sic intelligit̃ hoc ⁊. s̃. e. l. si vero nõ remu. §. filiofa.

I ☞ Ex mãdato vt patiat̃ quẽ agere potest mandator conueniri vt cõsequat̃ quod ad eum peruenit.

I **Cum cõtrouersia.** In. l. ista dr̃ † quedam mulier decessit quidã dicebat se heredem eius ex testamẽto. ponamus meuius cũ sororibus suis dicebat se heredẽ esse ipsius ex testamẽto. vñ meuius misit sororibꝰ suis tales litteras: sciatis ꝙ litigo cũ herede talis ⁊ de omnibꝰ que ero assecutus portionez vestram vobis dabo. postea meuius trãsegit cũ herede: nũqđ de eo quod habet ex causa trãsactionis ab herede potest a sororibus cõueniri act. mandati: cũ nulla stipulatio intercesserit: respondetur ꝙ sic. h. d. ista lex in sui prin. videatis expositionem littere [heredem] ex vna parte [⁊ amittas]. s. ⁊ ex alia parte [Rñ. posse] videbat̃ cõtra: qꝛ predia ⁊ alie res q̃ meuius consecutus est nõ ex hereditate sed ex industria sua puta ex transactione. vt. j. ad. l. fal. l. iij. in princi. ⁊. j. de heredi. vel act. vẽdi. l. vẽditor. Rñ. hoc eo ipso ꝙ madauit mãdato ipso videt̃ se obligasse: qꝛ q̃cquid haberet siue ex idustria: siue ex hr̃ditate ꝙ cõmunicaret. ⁊ colligit̃ hic arg. si ꝓmissum est salariũ aduocato si vinceret ꝙ si cliens trãsigat. ꝙ ipse tenet̃ ei ꝓmissum dare q̃si ipse obtinuerit: ⁊ qꝛ nõ vr̃ ꝑ eũ stetisse q̃ vinceret. vt hic ⁊ ad h̃ e̅ ar. j. lo. l. q̃ opas. est tñ ar. contra. s̃. de trãsac. l. ij. ⁊. j. ad. l. fal. l. si heres.

I ☞ Actione mandati agit̃ siue quis mãdatum impleat siue aliquid equipolens faciat.

I **Mandauit.** † In. §. isto dicit̃: lucius titiꝰ mãdauit gaio seio epistolã talẽ salutem. rogo ⁊ mando tibi vt fideiubeas pro publio meuio apud creditorem suũ sempronium quia seruabo te indemnem: gaius seius nõ fideiussit sed mandauit creditori sempronio vt mutuaret pecuniam publio meuio: nunquid lucius titius tenetur act. mandati. respõdet̃ ꝙ sic. hoc dicit iste. §. videatis expositionẽ littere [vt fidei mei dicas]. i. fideiubeas [respondi teneri] qꝛ non refert an faciat qđ ei est mandatum vel eius simile ꝙ pro eodem habeatur. vt. j. iu. solui. l. iam tñ. §. in hac actione.

¶ Pro socio. Rub.

¶ Signori sicut mandatũ contrahitur solo consensu ita ⁊ societas. vt institu. de ob. que ex contractu. in prin. vñ. s̃. dictũ est ꝙ cõtrahitur cõsensu: hic subijcit̃ rubrica pro socio que cõtrahitur cõsensu: ⁊ ꝙ dicit rubrica pro socio exponatis. i. de actione pro socio directa hincinde. ⁊ not. hic differentiam inter act. pro socio ⁊ act. mandati: qꝛ mandati est directa ⁊ contraria. pro socio est hincinde directa: sed quare est hoc: quia in mãdato est vnus mandans alius procurans. sed in act. pro socio eq̃ est vnus mandans vel procurãs. vel aliter exponatis pro socio id est ꝓ societate ex qua nascit̃ actio pro socio. Unde videamus de societate quid sit Societas est duorũ vel plurium cõuentio ob vberiorem vsum vel lucrum contracta. Ista descriptio non est mere legalis: sed inuenimus mentem huius descriptionis j. eodẽ. l. coiri. ⁊ l. sequẽ. ⁊ l. si nõ fuerit. ⁊ l. mutius. sed ista descriptio inuenitur in thopicis marci tulij. Qualiter cõtrahat̃ ⁊ certe solo consensu. vt. j. e. l. j. in princi. ⁊ in fine. ⁊ l. societates ⁊ inter quas personas contrahitur: ⁊ certe inter personas que possunt pacisci. vnde furiosi non possunt contrahere societatez quia in omni contr actu requiritur cõsensus. vt. s̃. de pact. l. j. §. adeo. Pupilli doli capaces possunt cõtrahere tutore autore quia possunt obligari. vt. j. e. l. cum duobus. §. vlti. ⁊ l. sequen. Cui detur pro socio actio: ⁊ datur socio cõtra socium. vt. j. e. l. si societatem: ⁊ datur finita societate. vt. C. eo. l. q̃diu. Ad quid detur dicit̃. j. e. l. coiri. in fi. ⁊ l. seq. in quãtum det̃ dicitur. j. e. l. verum qualis ipsa sit: ⁊ est bone fidei. vt. j. e. l. pro socio. damnatus in ea notatur infamia. vt. s̃. de his qui no. infa. l. j.

Societas coiri potest vel in perpetuum. In pri. huiꝰ legis dr̃ ꝙ societas potest coiri pure vel in perpetuum. i. dum viuũt vel ad tempus vel ex tempore vel sub cõditione. hoc dicit prin. huius. l. videatis expositionem littere [societas coiri põt vel in perpetuũ]. i. dum viuũt. nam morte soluit̃ societas nisi sit societas vectigalium. vt. j. e. l. societatem in eternum

non

non põt cõtrahi. vt. ĩ. e. l. nulla. [vel sub cõditione] sub. vel pure z ad hoc cõcor. C. e. l. de societate. z no. hic q hec dictio ꝑpetuo sumit equiuoce in iure nostro: z vno modo sumit ꝑpetuũ. i. generale. C. de edẽ. l. edita. aliqñ dicit perpetuũ. i. donec quis viuit vt hic. Alio modo dicit perpetuũ. i. vsq ad. xxx. an. vt. C. de cõstit. pec. l. iij. z insti. de ꝑpe. z tẽp. act. in prin. Itẽ dicit perpetuũ sine temporis prefinitione. vt sunt excep. ĩ. de doli exce. l. pure. in fi. aliqñ dicit perpetuũ. i. q̃diu conseruat cõuentio. insti. locati. §. adeo aliquando dicit perpetuũ in persona accipientis ad suoꝝ successoꝝ. in autẽ. de non alie. aut permu. §. emphiteosim.

In societate. In. §. isto cum. l. seq. z prin. seq. dicit si duo contrahunt societatem omniũ bonoꝝ dominium rerum que erãt tempore contracte societatis cõmunicatur: etiã si specialiter traditio non interueniat: q2 tacite credit interuenire: sed nomina non cõmutantur: sed debet fieri cessio. h. d. iste. §. cum. l. seq. z prin. seq. videatis expositionẽ litere. [omnes res] corporales [cõmunicantur] hoc est verũ in rebus que erãt tẽpore societatis. secus est in postea quesitis. vt ĩ. e. l. si societatem fortunarũ [interuenire] sed qño intelligit tacite interuenire traditio cũ dñium non transeat sine traditione C. de pac. l. traditionibus. z. C. de rei ven. l. seruũ non traditã. et ĩ. de acqui. re. do. l. res ex mandato ad quod dicunt quidã q speciale est in acti. pro socio que est species fraternitatis. vt. ĩ. eo. l. verum. sicut est etiã speciale in vltimis voluntatibus. vt. ĩ. de acq. pos. l. cum heredes. in prin. vel põt dici secundo modo ſm Io. z Azo. vnus cõstituit se possidere pro alio: z is possidet cuius nomine possidet vt. ĩ. de acq. pos. l. qđ meo. ĩ prin. z sic possessio acq̃ritur in cõi z dñium: vt hic [manẽt ĩ suo statu] adeo vt nõ possit soci9 eũ intẽdere nisi facta cessione q2 inherẽt ita ossib9 q ab eis separari nõ põt. vt. š. de pecul. l. quis ergo casus. in fin.

SI vero zc.

Cum specialiter. In. §. isto dicitur si contraho tecum societatem omniũ bonorum si queritur tibi hereditas: vel legatum mihi cõmunicandum erit. h. d. iste. §. videatis expositionem litere [cum specialiter]. i. expressim vt. ĩ. e. l. cum duobus. §. item papi. z. §. sociũ. z. l. si societatem vniuersarum. secus si simpliciter cõtrahitur quia tunc cõmunicantur que veniunt in questu non aliunde. vt. ĩ. e. l. coiri. z. l. seq. [acquiritur]. i. communicabitur. Odo.

I ☞ Hereditas iusta proprie dicit que ab intestato defertur.

I **De illo queritur si ita.** †In. §. isto dicit cõtraximus societatez hoc modo si aliqua iusta hereditas ad aliquẽ nostruz peruenit cõmunis sit: nunquid valet ista conuentio: certe sic. sed que iudicabitur iusta hereditas: certe illa que defertur ab intestato non ex testamẽto. h. d. iste. §. videatis expositionem litere. [ad legitimã hereditatẽ]. i. ad eam que defert ab intestato nõ ex testamẽto: licet in larga significatione dicat legitima hereditas que defert ab intestato z ex testamẽto. vt. ĩ. de verbo. sig. l. lege. Sed ad §. istum opponit z videtur q non valeat talis societas: q2 est pactum de futura successione: z pactũ de futura successione nõ valet. vt. C. de pac. l. vlt. Rñ. si fiat pactũ de hereditate certi hominis non valet. vt. ff. de iu. codi. l. lege litere. sed si de hereditate incerti hoĩs fiat pactũ valet. vt hic: z ita seruat romana curia. nam non concederet primã vacantẽ certe persone: sed incerte sic. vt argu. ff. pro so. l. iij. §. de illo. sed que est ratio quare si testamẽtaria hereditas defert socio q nõ efficit cõis: sed que defert ab intestato sic: rñdeo q2 non videt de ea cogitatũ. nam hoc raro cõtingit q si quis nõ est cõiuncta persona qđ heres instituatur.

Societas. In. §. isto dicit: si dolo malo dante causaz societati induxisti me ad societatẽ cõtrahẽdam tecũ ipso iure nõ valet. h. d. iste. §. videatis expositionẽ litere [dolo malo]. s. dante causam cõhendi societatẽ. [aut fraudandi causa] que sit differẽtia inter dolũ z fraudẽ dixi. š. de pac. l. iurisgen. §. si fraudandi. vnde no. societas est cõtractus bo. fi. vt insti. de ac. §. actionum. vnde si dolus dat causam cõtractui bone fi. ipso iure non valet cõtractus. vt. š. de dolo. l. eleganter. in prin. et š. de mi. l. in cause. in prin.

SOcietatem. In. l. ista dicitur q societas cõtrahit solo cõsensu z ideo cõtrahit iter absentes: nedũ inter pñtes. z soluit quatuor modis renũciatione morte capitis di. z egestate. h. d. ista. l. videatis expositionẽ litere [societatẽ coire]. i. cõtrahere. [z re]. i. cõsensu interueniẽte [z verbis]. i. cõsensu verbis interueniẽtibus. nã societas cõtrahit solo cõsensu: etiã re vel verbis nõ interueniẽtibus. vt insti. de ob. que ex cõsensu na. in prin. similem expositionẽ no. š. si cer. pe. l. certi cõdi. §. qm. re ait sola nõ cõuentionali sz incidẽs nõ cõtrahit societas vt. ĩ. l. vt sit pro so. act. [nõ est]. s. nobis qui sumus iuris periti [dissociamur]. i. dissoluitur societas [renũciatione] idonea. vt. ĩ. e. l. actione. §. renũciari. [morte] nisi sit societas vectigaliũ. vt. ĩ. e. l. vectigalium [capitis diminutione] maxima vel media. vt. ĩ. e. l. verum. §. vlt. [egestate]. s. incidente: vt si publicentur omnia bona sua: vel si quis bonis suis cesserit vt. ĩ. e. l. verum. §. vl. z. l. actione. §. publicatione. z insti. e. §. publicatione. z. §. seq.

S **SOcietas.** In. l. ista dicit q societas põt cõtrahi vniuersoꝝ bonoꝝ: z alicuius negotiationis z vectigaliũ z alicuius rei. scđo dicit q societatẽ pñt cõtrahere qui habẽt facultates equas: sed etiã si nõ habẽt facultates equas. sed vnus plus opera ponit q̃ alter. tertio dicit qđ societas nõ põt cõtrahi donationis causa. h. d. ista. l. videatis expositionẽ litere [societas cõtrahit] z hec est bona litera: alij habent prin. istius legis societates cõhuntur siue vniuersoꝝ bonoꝝ sc3 sint socij vt faciũt greci. z ad hoc facit. š. eo. l. j. [siue alicuius negotiationis] puta si cõhunt societatẽ ad pãnos emendos: vel vendẽdos z repetatis cõhitur societas [siue vectigalis.] puta ad conducẽda molendina a rege. vt. š. si ager vecti. l. j. z repetatis cõtrahit societas [siue etiã rei vnius]. s. tñ repetatis cõhitur societas vt. ĩ. e. l. cũ duobus. §. j. [coiri]. i. cõtrahi. [deest] vt. ĩ. e. l. cum duobus. §. j. [nõ cõtrahit] cũ societas sit duoꝝ pluriũue zc. vt dixi in rubrica: ergo nõ cõhit donationis cã. verbigratia. cõhimus societatẽ ad libros emẽdos: ita vt tu nõ poneres in cõiõne nec pecuniã nec operã: z lucrũ ad te pertineret pro dimidia ex cã donationis: certe hec nõ est societas: sed magis tuus mercenarius sum. vt. š. de mi. l. in cause. ij. in prin. z ad hoc etiã facit. ĩ. e. l. veꝝ.

I ☞ Potestas alicui simpliciter cõcessa in dubio significat arbitrium boni viri. h. d.

S **I societatem.** †In. l. ista dicit: tu cõtraxisti societatẽ eo pacto vt cõstitueres quas partes ferres z q̃s ego: postea cõstituisti vt ferres tres partes valet ista cõstitutio: certe recurrendũ est ad arbitriũ boni viri. si ponebas in societate tantum capitalis q̃tum z industrie bonus vir arbitrabitur q eque constituisti. h. d. ista. l. videatis expositionẽ litere [ea cõditione]. i. eo pacto [constitueres] sub. arbitrio tuo [ad boni viri]. i. iudicis. [z non vtiq3]. i. non semper sed scđm q quis plus ope vel industrie z pecunie zc. ad hoc cõcor. ĩ. eo. l. societatẽ. §. arbitroꝝ. sic venditio sit arbitrio emptoris. si arbitratur recurritur ad iudicem si inique arbitret. vt. ĩ. ti. proxi. l. hec venditio. z idem est in locatione. vt. ĩ. loc. z cõdu. l. si in lege locationis. in prin.

I ☞ Societate contracta simpliciter lucra personalia tantũ veniũt communicanda.

I **COiri.** †In. l. ista cum. v. ll. seq. ponitur casus simul q2 cõnexe sunt: z dicit si duo cõerunt simpliciter societatẽ. hic quicq̃d querunt occasione societatis debet cõicari siue ex emptione vel venditione vel locatione vel ex cõductione. sed alia que nõ questu ꝑueniunt non debẽt cõicari. vnde si alter eoꝝ quesiuit hereditatẽ vel legatũ: q2 ob meritũ cõsueuerunt deferri: nõ erũt cõicanda. sed nec es alienũ qđ nõ peruenit ex questu debet cõicari: sed illud qđ ex questu venit d3 cõicari: etiã si dictũ esset qđ per omnia que ꝑuenirent ex questu z ex lucro debẽt cõicari. h. d. ista. l. cũ. v. ll. se. videatis expositionẽ litere [coiri]. i. cõtrahi [etiã simpliciter l3]. i. nõ adiecto omniũ bonoꝝ: vel alicuius negociationis. [z si nõ fuerit distinctũ]. i. expressim dictũ q fiat vniuersoꝝ bonoꝝ vl' aliud. vt. š. e. l. iij. §. j. [videtur coiri vniuersoꝝ]. i. omniũ bonoꝝ [descẽdit] lucrũ societati: nisi specialiter sit coita. vt. š. e. l. iij. §. j. [donationes] mortis causa factas [pertinere] q2 tollẽde dubitationis cã zc. vt. š. mã. l. qui mutuã in prin. z q2 verba nõ necessaria zc. vt. ĩ. de lib. le. l. peculis. §. labeo. aliqñ tamen verba adiecta operant. vt. ĩ. de vsu. l. si stipulatus. z. ĩ. de leg. j. l. si qñ. z ita no. q licet adijciat verbuz nõ ideo adijcit sensus. simile est vbicũq dicimus verbũ abũdare nã lucrũ est genus z cõtinet gñaliter omne lucrum: sed questus est tantũ id qđ ex opera querit z illud cõicatur: sed hic vnum nõ cõtinet plus q̃ aliud.

I ☞ Pactum de non diuidenda societate nil releuat.

S **I conuenerit.** †In. l. ista cũ duabus se. z pri. seq. d2: si duo paciscunt ne intra certũ tps cõis diuidat nõ videt agi ne a societate discedat. sed quid si duo cõuenerint ne liceret sibi discedere a societate: nunquid valet hec cõuentio: certe nõ q2 z si nõ cõuenerunt: z alter intẽpestiue renunciet tenet alteri ad interesse. sed qđ si duo cõuenerũt ne ad certũ tps discedat z alter ex iusta cã renunciat nunq̃d tenebit alteri: certe nõ z est iusta cã renũcian di vt dicit in litera. sed z si duo erãt socij z vnus est absuturus cã rei publice: similiter est iusta cã renũciandi. licet videret cõtra q2 põt per aliũ administrare societatẽ vel cõmittere socio vt administret: sed certe illa exceptio poterit ei obijci si erat idoneus. sed q̃d erit si pactũ est factũ inter duos ne diuidat vsq ad certũ tps: nunquid in

fra illud tempus poterit socius vendere partē suam: videt̃ q̄ nō sed certe dicendū est q̄ poterit aliū vendere: si ille in quē facta est venditio, puocat ante t̄ps ad venditionē repellit̃ doli sed socius qui alienauit poterit ɔueniri act.pro socio ad interesse.h.d.iste §.cum duabus.ll.seq.ɀ p̄r.in.seq.vsq̄ ad.§.si absenti.videatis ex positionē litere[inter certū tēpus].i.vsq̄ ad annuʒ[abeat̃].i.recedatur infra certū t̄ps vt predixi.[ne abeat̃].i.recedat̃.[an valeat].s.hec cōuentio[esse ꝓ socio actionē]ad interesse[renūcietur].s.ex iusta causa: ɀ hec annectit[pacti] ¶ Oꝛ: signoꝛi ex l.ista colligit̃ arg.ɔtra scholares q̄ si vnus inuenit̃ ita dānosus q̄ non potest pati qd̄ alij socij possunt ei renunciare ɀ pōt poni exēplum in quodā qui gustabat parū vini ɀ superfluū fundebat [q̄uis]hoc dicit allegando.[et per alium].s.extraneum[sed hoc].s.q̄ obijciebatur ei q̄ per alium extraneum potuit admini strare vel alteri socio committere poterit ei obijci: nisi ɀc.et mo do determinat nisi valde sit idoneus socius cui res deberet com mitti[aut facilius].i.facile per aliuʒ potuit administrare socie tatem.[iudicio]ad interesse.vnde no.si duo faciunt pactum ne in perpetuuʒ res diuidatur non valet: accedit.s.communi diui. l.cōmuni diuidūdo.§.sed si conueniāt.item not.q̄ pactum istud transit ad singularem successorem.

Si absenti.

In.§.isto dicit̃ duo ɔtraxerunt societa tem: vnus absentauit se: absens renūcia uit socio absenti.quis est renunciationis effectus: certe q̄ꝛ quic quid acquisiuit absens erit suū detrimentū cōmune vnū sciatis q̄ cū duo contrahunt societatē non est necesse q̄ fiat mentio de renūciatione q̄ꝛ si vnus renunciat intēpestiue tenet̃ ad interesse alteri. ¶ Itē si ɔtraxi cū seruo tuo eoipso q̄ iubes eū q̄ renun ciet non soluitur societas nisi seruus mihi socio renunciet.h.d. iste.§.cum.l.seq.videatis expositionē litere[si absenti].s.socio [nihil attinet].i.nihil ꝓdest[de renunciatione].s.non faciēda [in estimatione].i.in interesse.vt.s.e.l.si conuenerit.

Qui admittitur.

In.l.ista cuʒ.vij.ll.se. vsq̄ ad.l.omē es alie num.dicit̃ si nos duo eramus socij et ego admisi ali quem in sociū te inuito: nūquid erit tuus socius: cer te nō: sed meus socius sic: q̄ꝛ socius socij mei meus socius nō est Et quicquid fuerit ɔsecutus de societate tu qui assumpsisti ego teneoꝛ cōmuni diuidūdo iudicio: sed si socius amisit aliquid vel consumpsit teneoꝛ prestare act.pro socio. Sed si posuit aliqua in societateꝫ tibi cōicauit illud mihi cōmune erit.ɀ ecōtra ei qui eū admisit.si socius dedit damnum teneoꝛ illi qui admissus fuit vnde sciatis q̄ non prohibeoꝛ agere cōtra ipsum acti.pro socio anteq̄ agatur inter me ɀ te acti.pro socio sed eo casu quo socius admissus dat damnū: nūquid liberoꝛ cedendo actiones ɔtra eū vt si non possit facere non condemnetur insolidum: ɀ certe non quia sibi imputet cur eum inuito socio admisit. Sed quid si so cius admissus ex vna parte acquisiuit ex alia damnum dedit so cietati: nunquid lucrum cuʒ damno communicatur: ɀ certe dixit pomp.q̄ sic: sed hoc non est verum: immo non cōpensatur lucruʒ cum damno immo totum damnū erit meuʒ qui eum admisi inui to socio ɀ lucrum cōmunicatur. Sed quid si seruū alterius ego ɀ tu qui eramus socij qui preposuimus: nūquid dominus serui te nebitur de peculio an insolidu: ɀ certe de peculio.sed si forte so cius aliqua negligenter fecit ɀ in aliquibus auxit societatē non compensabitur lucrum cum negligentia.ɀ ita marcellus scribit hoc dicit ista lex cum.vij.legibus sequen.vsq̄.ad.l.omne es alie num.videatis expositionem litere[qui admittitur]scilicet alio inuito vel ignorante.[nos].scilicet eum qui admisimus[cum eo]scilicet assumpto[non communicabimus]qua ex societate habuimus[sed factum eius]qui admissus fuit[prestabitur so cietati.]idest alter socius qui eum admisit prestabit societati actionem[eum.]scilicet assumentem contra assumptum[quia difficile est].i.impossibile de iure.similis expositio.no.s.de pe ti.here.l.sed si lege commissoria.§.si res in fine.ɀ.j.rem rataʒ ha bere.l.si fine.§.si in stipulatione.sed alibi exponitur econtra.vt s.de his qui deie.vel effud.l.ij.[scribit] ¶ Oꝛ, signoꝛi vos ha betis vnum quod recipit duo cōtraria.nam vos habetis hic q̄ si socius admissus querit aliquid illud cōmunicatur.si damnuʒ dedit non cōmunicatur: sed ad te qui eū admisisti totum perti net: nec compensatur lucrum cum damno.item si ego ɀ tu sumus socij ɀ vnus nostrum negligenter administrauit ɀ in alijs acqui siuit non cōpensatur lucrum cum damno.sed videtur q̄ cōpensa tio habeat locum.nam si casu ledis societatē in.c.ɀ lucratus es c.ex industria tua compensatur.vnde videtur contra.j.eo.l.mu tius. Ad quod vos dicetis q̄ aliud est si socius culpa dedit dam num societati quo casu non compensatur lucrum cum damno vt hic aliud si casu: quo casu compensatur: ɀ sic intelligitur.l.ɔtra. Sed denuo videt̃ q̄ si socius dedit damnū ɀ lucratus est ex alia parte q̄ habet locum cōpensatio: videt̃ contra.s.de nego.gest. l.si quis negocia gerere: aliud est si aliquis accessit ad negociū domini insolidum gerendum: quo casu lucrum cum damno cō pensatur.vt in.l.contraria.aliud est si socius culpa dedit dam num societati ɀ lucrum ex alia parte: quo casu nō compensatur vt hic: vel dicatis vt ibi plene dixi. Item ex.ll.istis colligit̃ ar. quod si do tibi pecuniam alicui perferēdam ɀ perdis q̄, teneoꝛ nec liberoꝛ quasi mala electio sit in culpa. Sed certe in que stione ista distinguimus: an per alium poterā hoc facere an nō. primo casu teneoꝛ sc̄do non: nisi in eligendo deliqui. vt argu. s.commo.l.si is qui.in fi.ɀ.l.se.

1 Es alienuʒ societate contractum debet solui de cōi si de bitum est sub conditiōe vel in diē debēt interponi cautiones de soluendo adueniente conditiōe hoc dicit cum.l.seq.

Omne es alienū.

In.l.ista dr̃: si ego ɀ tu contra ximus societateʒ ɀ dissoluit̃ societas de societate de bet deduci omne es alienū quod cōtractum est du rāte societate: ꝫ solutio facta sit, postq̄ dissoluta ē societas. Sʒ quid si contractum est es alienum sub cōditione: ɀ pēdēte con ditione soluitur societas illō nō detrahit̃ de societate: ꝫ caue re debēt adinuicē se soluturos adueniēte conditiōe. igit̃ si socij sumꝰ ɀ vnꝰ dʒ pecuniā in diē nō debet deduci qd̄ deberet ante diem si societas dissoluat̃: sed socius debet cauere q̄ aduenie te die prestabit cōsocium indēnem.hoc dicit ista.l.cum seq.vi deatis expōnem l̄re.[contractū est].s.etiam per vnū de socijs. [solutū sit].i.soluēdum: ɀ sic hic tēpus ꝓ tēpoꝛe ponit̃: ɀ alibi. C.de le.ɀ cō.l.j.ɀ.C.ex qui.cau.infa.irro.l.si possidonū.ɀ.j.de lega.iij.l.etiam.[dirimatur.].i.dissoluit̃.[sunt]facit.j.e.l.pro socio arbi.in p̄in.[nō debet hoc deducere.] scʒ socius statim [sociū]: quasi dicat adueniente die: vel soluit partem suam vel socium defendit pro parte sua ɀ ita habetur hic ratio vsurij me dij tempoꝛis: sic ɀ al̄s.s.man.l.si tibi mandauero.in princ.

1 Si inter socios non fuerint partes adiecte cum cōtracta fuit societas intelligitur facta societas pro partibus equalibꝰ hoc dicit vsq̄ ad §.aristo.

8 In nō fuerint.

In.l.ista.in p̄i.dr̃: si duo contrahūt societatē ɀ ꝫ nō cōuenit expresse quas partes ferāt debēt ferre partes equales.sed si cōuenit vt vnus ferat duas vel tres partes valet hec cōuētio: ꝫ si vnus tātum plus cōtulit in societate vel pecu nie vel opere vel industrie.hoc dicit p̄i.huius.l.videat̃ expōneʒ littere[Si nō fuerit p̄tes societati adiecte]sub.nec alicuiꝰ arbi trio cōmisse qd̄ fierit pōt.vt.s.e.l.si societatē.[rei causa] puta industrie. Sʒ quid si ambo socij pariter ponūt pecuniamɀ ope ram ɀ industriam ɀ sit pactum q̄ vnus ferat duas partes lucri alter tertiam: nūquid valet hec conuētio: certe non. s̄m Azo.vt hic.ɀ.j.e.l.quid eniʒ.in fine.ɀ.s.e.l.societas cōtrahit̃.ɀ.l.si socie tatem.nec ob.q̄ cōtractus ex cōuētione legē accipiūt.vt.s.de po.l.j.§.si cōueniat.quia illud verum est cum cōuētio est equa. vt.s.de pac.l.iuregen.§.sed si fraudandi.ɀ ista esset iniqua so cietas.vnde non valet: vt.j.e.l.in fi. vū nō valet cū societas ha beat ius fraternitatis in se.vt.j.e.l.verum.j.r̄nso.alij.vt Jo.di cūt q̄ valet quia cōtractus ex cōuētione legem accipiūt: ɀ sub audit hic maxime: alij vt alde. dicūt si nō intererat illius qui de bet ferre tertiam partē tantum valet: al̄s nō ɀ valet iure pacti: nō iure societatis.ɀ ad hoc est ar.j.s.e.l.ideq̄ erit dicendum.in fi.sed prioꝛ opinio verioꝛ est.

Ita coiri.

In.§.isto dr̃: duo cōtraxerunt societatem hoc pacto q̄ vnus socioꝛum damnū quod accideret in societate nullam partem sentiret sed lucri ɔ imidiā valet ne hec conuentioꝛ: sic: si tantum erat in opa sua quātū erat damnum. nam interdum solus vnus socius operatur vel so lus nauigat vel peregrinatur. Sed quid erit duo cōtraxerunt societatem.hoc pacto qd̄ vnus totum dānum sentiret: de lucro nihil sentiret: nunquid valet hec societas: certe non.quia hec so cietas est leonina quod quis sentiat dānum tm̄ ɀ nō lucruʒ hoc dicit iste.§.[opera.]scilicet qui nō debeat damnū ferre.[sube at solus.]ɀ ex littera ista et ex.l.seq.colligimus diffinitionē so cietatis quam fecimus.s.e.in rubrica.[ɀ hāc societatem leoni nam solituʒ appellare.]hic tāgitur fabula que legitur in eso po.nam dn̄s leo cum alijs tribus animalibus iuerunt venatum ɀ ceperunt quendam ceruum qui insidiabatur eis. dixit ali quis: quis diuidet: ɀ vos domine leo: dixit leo: ex quo vobis placet ɀ ego diuidām. vnde statim accepit dimidiam pro se: aliam in duas partes diuisit ɀ accepit sibi dimidiaʒ: q̄ꝛ diuisit reliquam dimidiam: dixit q̄ debebat habere quia cum sumus quatuoꝛ animalia debeo vocari in quartam partem meam ɀ sic habuit totum lucrum[spectet]cum societas sit species frater nitatis vt.j.e.l.verum.in p̄in.vnde no.q̄ ad quem lucrum spe ctet ɀ damnum.ɀ econtra.ɀ hoc facit.j.eodem.l.si igitur.ɀ.j.de regu.

regu.iur.l.sm naturam.

I ☞ Duo contraria simul locum habere non possunt.

I Mutius. †In.l.ista dicit̄:cōtracta est societas inter duos hoc pacto vt vnus ferat partem dāni alius lucri:nunquid pōt ita contrahi societas dixit mutius ꝙ non.seruius dixit,ideo non posse sic cōtrahi societatem:qꝛ non intelligitur in societate lucrum nisi deducto damno:sed societas bene potest ita contrahi:vt deducto omni damno vnus ferat minorem partem:ꝛ alius maiorem partem damni hoc dicit ista lex videatis expositionem litere[ferat].i.vt vnus tres partes alter quartā partē capiat:ꝛ hoc quando alter plus operam vel pecuniam vel industriam ponit.vt.s.e.l.si nō fuerint §.ita coiri. ❡ Oꝛ signori no.hic ꝙ si damnum in societate casu accidenti emergat damnum non compensatur cum lucro qꝛ nō est damnum cum non dicatur lucrū nisi deducto damno:vt hic sed si damnum culpa emergat:tunc non compensatur lucrū cum damno.immo prestatur danum:ꝛ sic intelligitur.s.e.l.de illo.et l.non ob eam rem.simile in peculio in hereditate ꝛ fructibus:qꝛ non intelligūtur esse nisi deductis impensis:vt probat̄.s.de peculio.l.quā tuberonis.§.si heres.ꝛ.l.sed ꝛ si peculiū.ꝛ.C.de bo. que lib.cum nō solum.§.finauem es alienum.

I ☞ Actio pro socio ad hoc vt habeat locum non sufficit rem esse communem nisi sit ex conuentione intercedente animo contrahende societatis alias si res sunt cōmunes alia de causa habent locum alia remedia.h.d.

1 ☞ Ex venditione in emptorem dominium nō trāsit nisi precio soluto vel habita fide de precio.

q **Quod vendidi.** † In lege ista ponetis ita casum ad longum τ in terminis:si rem meam vendo τ trado certo precio non aliter transfero in te dominū q si preciū mihi soluas:vel aliter satisfacias vel nisi fidem de precio habeam.hoc dicit ista.l.videatis expositionē littere.[quod vendidi]scilicet τ tradidi certo precio cōuēto.[nobis]vēdentib[solutū sit] scilicet in pecunia numerata[habuerimus]scilicet de precio[satisfactiōe]τ ideo venditor poterit vēdicare cuz sit dominus vt hic:et accedit S.de tribut.l.procuratoris.§.qd vēdidi.τ institut.de reruz diui. §.vēdite in casibus tamē nō trāsit dominiū etiā si fides habita sit de precio.vt.j.de iure fisci.l.si pcurator cesaris.in fine.τ.j.de reg.iur.l.a diuo pio.§.sed si emptor sm vnam lec.

Sabinus respondit. Als si rem.in lege ista ponetis ita casum ad lōgum τ in terminis:si do tibi pecuniā vt facias statuam vel vasa aliqua.vel emeres vestez:si do tibi vt facias de tua materia:tūc est vēditio:sed si do tibi materiā ex qua facias videor tibi locare statuam vel vestem faciendā: sed si trado tibi areā vt in ea edifices:tunc videt locatio et conductio: non emptio τ venditio.hoc dicit ista.l.videatis expositionē littere.[venimus]data certa pecunie quātitate.[pecuniam].i. precium[emptionem videri]hoc casu quādo nō trado tibi vt corpus:sed si traderem tibi vt corpus:tunc est locatio τ conductio.[proficiscit]τ tunc est locatio τ condu.vt.j.loca.τ condu. l.j.τ insti.locati.§. item querit.

1 **Labeo scribit.** In.l.ista ponetis ita casuz ad lōgū τ in terminis:si vēditor appōit obscurū pactū i vēditiōe dz ei nocere nō emptori:quia in eius potestate fuit legez apertius scribere ab initio.hoc dicit ista.l.videatis expositionē littere. [sed] vbi est exemplum in obscuro pacto cum dicit venditor:vēdo tibi equū istum:τ scias qd nō ascendit arbores:emptor intelligit de extātibus venditor de iacentibus idest de ponte.vel dicit istē equus nimis rodit:emptor intelligit de auena:venditor qd nimis mordet hoies:hoc casu fiet interpretatio contra venditorē: accedit ad.l.istaz.S.de pac.l.veteribus:sed si apponeret obscurū pactū ab emptore cōtra eū dz interptari vt.j.eo.l.si in emptiōe.in prin. τ est verū qd dz interpretari obscurū pactū cōtra vēditorē siue apponat sup re pricipali siue accessoria.vt.j.e.l.cum in lege.

b **Hanc legem.** In.l.ista ponetis ita casuz ad longū τ in terminis:si vēditor vēdit fundū τ dicit:vēdo tibi qcqd iuris habeo in eo si fundus est sacer nō vēdo tibi:si tot ager est sacer non valet venditio: τ qd soluisti poteris a me condicere:sed si modica pars est sacra valet venditio:sed habet actionem ex empto ad interesse si ignorabat illam partem sacram.hoc dicit ista lex cum duabus sequentibus:videatis expositionem littere. [si quid sacri vel religiosi]subaudi vel publici.[esse emptionem]sub. quantum ad commercium:est tamen aliqua vt venditor teneat ad interesse.vt.S.eodez.l.τ liberi hominis. ¶ Sed signori nota.hic si vendis fundum τ dicis vendo quicquid iuris habeo in fundo si quid sacri est non vendo:si totus est sacer non videtur venditus: si modica pars est sacra tenet vēditio: et ita habetis qd minor summa trahitur ad maiorem: accidit. S. de in integrum restitutionū.l.scio.

1 ☞ Electio est venditoris in alternatiua venditione.

1 s **Si ita distrahatur.** † In.l. ista ponetis ita casuz ad lōgum et in terminis:tu vendidisti mihi illaz aut illā rē pro.x.cuius erit electio vel tua vel mea.τ respōdetur quod tua. hoc dicit ista lex in principio. videatis expositionem littere. [res]subaudi sit tibi vendita: τ puta vt eliget venditor. [hec erit empta]:τ ad hoc accedit.j.de verborum obligationibus.l. vbi autem non apparet. Et est ratio quia cum quis tenetur alternatiue sua est electio quem prestet.vt.j.de iure dotium.l.pleruncq. in fine.

Qui vendidit. In.§.isto ponetis ita casum ad lōgum et in terminis:si tu vēdis fundum certo precio debes tradere vel interesse prestare: sed non habes necesse facere accipietis: secus est si promittis dare quia habes necesse facere accipientis.hoc dicit iste.§.videatis expositionem littere.[facere]sed satis est quod tradat τ obliget se de euictione.[spopondit]scilicet dare:quia tunc tenetur facere rem accipientis cuz dare sit accipientis facere:vt institutā.de actio.§.sic itacq.τ.j.de verborum obligatio.l.vbi autem.in fine. sic et aliud est si promisit rem tradere.vt.j.de verborum obliga. l.si rem tradi.

s **Si sciens.** In lege ista ponetis ita casum ad longum et in terminis : si sciens emi a prodigo vel ab herede dum deliberat non transfertur in me dominium:aliud est si sciens emo a debitore alienante in fraudem creditorum: quia tenet emptio: et transit dominium.hoc dicit ista lex videatis expositionem littere. [ita datum sit.] idest sub hoc pacto[non sit.]vt.j. de iure deliberandi.l.aristo.τ.l.ait pretor.[dominus non ero].idest nunc non transit dominium.vt.C.de rebus alienis non alienādis. l. prima [dissimiliter atcq.] idest simile non est. [emere]

licet reuocetur a me per paulianam. vt. j. de vsuris. l. videamus §. in fauiana.

q **Uli a quolibet.** In. l. ista ponetis ita casũ ad lõguz ⁊ in terminis: si emo rem alienã a te quam puto tuã bonefidei possessor sum. vnde tenet emptio: sed si emo a pupillo sine tutore vel autoritate illius quẽ scio falsum tutorẽ nõ videor bonefidei possessor. hoc dicit ista lex videatis expositionem littere. [bona fide emere]. vt. j. de acquir. re. do. l. bone fidei. [scripsit] nam male fidei emptor videtur qui emit contra legum interdicta. vt. C. de agri. ⁊ censi. l. quemadmodum.

r **Em alienam.** In lege ista ponetis ita casum ad lõgũ ⁊ in terminis: ego possuz a te emere rez alienã ⁊ tz emptio lz ab ẽptore possit res auferri p vez dñz. h. d. ista. l. videatis expõnem lr̃e. [nulla dubitatio est] qz tz alienatio in p̃iudiciũ vẽdentis: qz tenetur de euictiõe. vt. j. de act. emp. ⁊ vẽdi. l. ex empto. in princi. ⁊ est vez qd põt vẽdere in preiudiciũ suũ rẽ alienã: sz nõ põt obligare: ⁊ est ratio: qz venditor non tenetur nisi tradere vel interesse prestare: sed qui obligat debet constituere ius in re. j. de pignoribus. l. cõtrahitur quod nõ põt in re aliena: qz nemo plus iuris ⁊c. j. de acquiren. rerum domi. l. traditio.

q **Uoties seruus.** In. l. ista cũ duabus sequẽtibus ponetis ita casuz ad lõguz ⁊ in terminis: si vẽdis seruũ videris vẽdere sine peculio sine excipis peculium sine nõ: ⁊ iõ si a seruo vẽdito fuerit res peculiaris subtracta si puenit ad emptorem põt cõdici cõdictiõe furtiua: si eam cõtractauit: sz ad exhibẽdũ agi põt: ⁊ ex venditor: sed qd si accessit in peculio aliqd illud est reddenduz venditori. puta partus: ⁊ quod ex operis serui vicarij percepit. hoc dicit ista lex cũ duabus legib⁹ se. videatis expositionem littere [veneat] idest vẽditus est [nõ cuz peculio distractus videtur]. vt. j. de euictio. l. iij. in prin. ⁊. j. de pig. l. j. §. j. [exceptum:] qz dixit simpliciter. [peruenit] scz ⁊ c̃ctauit eam.

q **Ui tabulas.** In. l. ista ponetis ita casuz ad lõgũ in terminis: si vẽdo tibi tabulas argẽteas positas in loco publico: nõ ip̃z solũ vendere vid eor: sed ius qd habebam in eis [ptinet] vnde si vendo rem in qua habeo ius videor vẽdere ius qd habeo: ⁊ si lego tibi rem in qua habeo ius ⁊c. vt. j. de leg. j. l. si domus. in fine.

l ☞ Uerba que possunt intelligi actiue ⁊ passiue in p̃iudiciuz venditoris intelliguntur actiue vnde hic intelliguntur de stillicidijs dominantibus non seruientibus. hoc dicit.

l c **Um in lege vẽditionis.** † In. l. ista ponetis ita casuz ad lõguz ⁊ in terminis: vẽdidi tibi fundum vel domũ ⁊ dixi seruit. vri sunt intelligebã sicut fundus dz seruitutẽ apud me ita apud te: tu intelligebas ecõtra: sicut fundus vicini debebat seruitutẽ apud me ita apud te cõtra quẽ dz fieri interp̃tatio. dicit iurisconsultus: si apparet de quo senserit ei standũ est. si aũt nõ apparet qd actũ sit: tũc dz fieri interpretatio cõtra venditorẽ nõ contra emptorẽ: qz obscure locutus est. h. d. ista lex. videatis expositionem lr̃e. [est] qz fuit in potestate venditoris legem apertius conscribere: accedit. s̃. eo. l. labeo. et s̃. de seruitu. vrba. predi. l. si arborẽ. in fine. ⁊. j. eo. l. ea que. in fine. ⁊. s̃. de pactis. l. veteribus.

l ☞ Dissensus circa accessoria contractũ non vitiat: ⁊ in dubio fit interpretatio contra creditorẽ. hoc dicit.

l s **I emptiõe.** † In princi. huius. l. ponetis ita casum ad lõguz ⁊ in terminis: emi a te fundũ p cẽtuz: ⁊ dictũ fuit qd stichus seru⁹ vẽditioni istius fundi deberet accedere: tu plures stichos habebas ego dico sensisse de vno tu de alio. nunqd valet vẽditio: certe sic. sed c̃ quẽ fiet interp̃tatio: certe cõtra me emptorẽ qui dixi accedere stichũ: nec refert sit plus in accessiõe ipsius fundi q̃ in ipso seruo vel minus. nam res aliqñ ppter accessiõnẽ emitur: puta ppter tabulas ⁊ ppter marmora ⁊ ppter statuas. h. d. ista lex in principio. videatis expõnez lr̃e. [dictũ sit] scz ab emptore [stichũ seruũ] scz dñ vẽditor plures stichos haberet [senserit] idest sensisse dicatur: sic exponit. C. de heredi. institu. l. iij. ⁊. C. de questioni. l. ij. al's sec⁹. vt. s̃. eo. l. in vẽditiõibus. [intellexerit:] qz fuit appositũ ab eo: vñ dz c̃ eum interp̃tari. sec⁹ si fuisset appositum a vẽditore. vt. s̃. l. priori. ⁊. s̃. eo. l. labeo. ⁊. s̃. de pactis. l. veteribus. ⁊. j. e. l. ea que. in fi. ⁊. j. de re. iur. l. in c̃bẽda. nec refert alias cũ alia res dicit accedere fundo non homo: qz in hoĩe sec⁹ est: qz plus est in accessorio q̃ in re principali ppter dignitatez humane cõditionis. vt. j. de edil. edic. l. iustissime. in prin. [emamus] vt rome ⁊ rauenne vbi in locis solitarijs inueniũtur p̃ciose edes quas emit qs: nõ vt inhabitet: sz vt destruat ⁊ exportet.

Omniũ rerum. In. §. isto dr̃: de quibus reb⁹ potest c̃bi emptio ⁊ vẽditio: ⁊ certe de omnibus rebus que possunt haberi vel possideri: sed de his rebus quarũ nõ est cõmercium nõ contrahit emptio ⁊ venditio: ⁊ ideo ⁊ si sciens emo liberũ hominẽ nõ cõtrahitur emptio ⁊ vẽditio: sic ⁊ si stipulor liberum hominẽ nõ valet stipulatio: lz possit fieri seruus: qz tunc est licitum tales casus expectari. hoc dicit iste. §. videatis expositionẽ littere. [est] vt liberi hominis. vt s̃. eo. l. ⁊ liberi hominis: ⁊. l. hac lege. in fi. ⁊ institu. eo. §. vltimo. [expectare] scz quod liber efficiatur seruus: qz casuz ⁊c. vt. j. de verbo. oblig. l. inter stipul. §. sacram rem: sed rẽ meam sub conditione possum emere. vt. j. eo. l. existimo.

Itẽ ⁊ si emptor. In. §. isto ponuntur tres casus: ⁊ primus casus est talis: tu sciẽs mihi scienti vendis rem furtiuam: nunquid cõtrahatur obligatio inter me ⁊ te: certe non. Secundus casus si ego sciens rem furtiuam ⁊ te ignorante emo rem furtiuam non obligaris mihi nisi vt rem furtiuam quam mihi vendidisti prestes. Tertius casus est: si ego ⁊ tu ignorabamus rem furtiuam qd nascitur obligatio inter me ⁊ te. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere. [contrahitur] cum dolus dolo compensetur. vt. s̃. de compẽsatio. l. si ambo. [si emptor] incipit secũdus casus. [venditor] scilicet emptori [prestet] scilicet emptori. Et ita nota quod cõsulitur emptori per retentionem ⁊ non per actionem. simile habetis. j. eodem. l. pacta: ⁊ habuistis simile. s̃. de compensatio. l. si cum filio [scribit] vt institu. eo. §. vltimo.

Rei sue. In. §. isto dicitur licet regulariter non possum emere rem meaz: aliquando tamen tenet si scio me dominum ⁊ te possessorem. nam gratia possessiõis quam habebas tenet emptio: non causa proprietatis quam habebam. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere. vt possessionem emat] scilicet tantum: vel dumtaxat. vt. s̃. eodẽ. l. sue rei. [esset] sic nota quod gratia iuris quod in re mea non habeo: scilicet ratione possessionis possum emere rem meam vt hic: ⁊ idem est in legato. vt. j. de legatis primo. l. si domus. §. j.

Alia cã est. In. §. isto notatur differentia inter res que venduntur ad gustum et ad mensuram: venduntur ad gustum vt emptor sciat approbare vel reprobare quod emit: ad mẽsuraz vt sciatur quantũ emitur: ⁊ quantum venditur: vt in maiori vel minori precio vendatur. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere. [improbare] vel approbare. [vt aut plus] idest maiori precio. [vel minus] idest minori precio. [veneat] scilicet quam voluerit emptione contracta. [quantum ematur] accedit. j. eodem. l. quod sepe. §. in his. ⁊. j. de peri. ⁊ com. rei ven. l. prima. §. primo.

Sed emptio. In. §. isto dicitur: si emo stichuz aut pamphilum valet emptio: ⁊ venditio: ⁊ in potestate venditoris est quem velit dare sicut valeret stipulatio: sed si alter moritur qui superest debetur: ex quo apparet quod primus moritur venditori: secũdus mihi emptori: sed si ambo simul moriuntur precium vnius debetur mihi emptori: et idem est si in potestate mea erat quem vellem habere non illũ habere emptum quem vellem. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere. [sit in stipulationibus] scilicet si promisisti stichum aut pamphilum: qz in alternatiuis ⁊c. vt. j. de verborũ obligationũ. l. vbi autem non apparet. §. illud. ⁊. s̃. de eo quod certo loco dari oportet. l. non vtiq3. primo responso: ⁊ potes mutare voluntatem. vt. j. de verborum obligationibus. l. eum qui certarum nũdinarum. §. vltimo. [respicit] scilicet si vterq3 moriatur: nõ tamen tenetur ad duo alternatiue: tunc si alter perit: perit venditori. vt. j. de legatis primo. l. si res. §. si seruus. [decesserint] subaudi post contractam emptionem. [debebitur] scilicet venditori: qz post perfectam emptionem ⁊c. vt. C. de pericul. et commo. rei vendi. l. prima. ⁊. j. eodem. l. quod sepe. §. in his. [in emptum haberet] qz substãtia contractus non potest in alterius arbitrium conferri. vt. C. eodem. l. in ementis.

Tutor. In. §. isto dr̃ qd tutor nõ põt emere rem pupilli: nec curator adulti: nec pcurator rẽ dñi: nec negotiorum gestor. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere. ℂ Or. signori ad id quod dicitur hic opponitur: ⁊ signatur contra. Et videtur quod tutor possit emere rem pupilli. vt. C. eodem. l. cum ipse. soluerunt quidam quod hic dicitur ibi corrigitur: vel quod verius est: aut tutor emit rem pupilli palam: et tunc valet. aut clam: et tunc presumitur delinquere: ⁊ non valet: vt hic. nam alias quedam sunt que si fiunt palam nõ puniunt. j. de ritu nuptia. l. finali. vel potest dici: aut tutor emit rem pupilli se autore quod esse non potest: quia nemo sibijsi autor esse potest. j. de autori. prestan. l. pupillus. aut emit a pupillo autore contutore: quo casu tenet. vt in. l. contraria.

q **Uod sepe.** In principio huius legis dicitur quod emptio ⁊ venditio plerũq3 contrahitur ⁊ datur arra: ⁊ valet: plerunq3 contrahit sine arra ⁊ valet. nam quod arra detur non est: ideo quia arra data declarat

data declarat emptionē esse cōtractam. hoc dicit ista. l. in principio videatis expositionez littere. ¶ Or signori no. qđ arra datur dupliciter: aliquando datur contracta emptione vt declaret precessisse emptionem: de tali arra loquitur hic. ⁊. C. qñ li. ab emp. disce. l. ij. ⁊. C. de fide instru. l. contractus. in fi. ⁊ institu. eo. in princi. vt potestis videre in emptionibus quas faciunt servientes scholarium: contracta emptione dicunt rustici eis: non darem tibi ligna nisi des mihi arram: ⁊ sic sine ista arra contrahitur emptio ⁊ venditio: sic dicimus in scriptura: quia ⁊ sine ea valet quod agitur. vt. j. de fide instrumentorum. l. antepenul. aliquando datur arra sub cōdictione emptionis ⁊ venditionis contrahēde vt potestis videre in emptionibus librorum. nam vadit aliquis scholaris ad stationarium ⁊ dicit vellem emere talem libruz: dicit ille si vultis dare tantū detis arras ⁊ si placebit vobis habeatis eum emptum: ⁊ de tali arra non agitur hic: sed nunquid quando datur arra contracta emptione potest penitere venditor vel emptor certe sic. ⁊ si penitet venditor reddit in duplum quod accepit si emptor penitet perdit quod dedit: vt institu. eo. §. j. sed an nihilominus poterit agi ad interesse contra eum qui penitet. quidaz vt bul. ⁊ Jo. qđ sic. sed dominus Azo. dixit qđ non: quia videtur renunciasse agere ad interesse.

Illud. In. §. isto dicitur: si tu vendis mihi rez tuā quāti tu volueris vel quanti equum estimaueris: vel etiam quāti ego estimauero non valet emptio vel venditio: qꝛ preciū cōfertur in volūtate alterutrius ꝯhentium tantuz. h. d. iste. §. videatis expositionē littere. [negocium] .i. emptionez non tenere. [emptuz.] quare non tenet emptio. Rñdeo ideo qꝛ precium est de substantia obligationis: vt infra eo. l. pacta §. paulus. ⁊ substantia obligationis in arbitrium contrahentium conferri non pōt: vt. C. eo. l. in ementis. secus si qualitas ꝯctus confertur: vt. s. eo. l. hec vēditio. ⁊ instituta. c. §. pe.

Nō veneni mali. In. §. isto dicitur ꝙ quedam sunt res quarum emptio est ꝓhibita: ecce venenū malum ꝓhibitum est vendi: qꝛ est res turpis ⁊ rei turpis ⁊c. ⁊ sicut mandatū ⁊ societas rei turpis prohibetꝰ ita ⁊ emptio: sed si est bonū venenū vt est tiriaca lz ex veneno fiat: tamen qꝛ alicui vsui hominū esse pōt: bene potest vēdi ⁊ emi. h. d. iste. §. videatis expositionem littere. [veneni mali] ideo. h. d. qꝛ quoddam venenū est malum ⁊ quoddā bonuz. malum venenum est qđ est inuentum gratia ferarum bestiarū extinguendarum. bonum venenū est vt tyriaca: vt. j. de verbo. significa. l. qui venenum. sic ⁊ dolus dicitur bonus ⁊ malus: vt s. de dolo. l. j. [haberet.] vt. s. man. l. si remu. §. rei turpis. ⁊. s. pro socio. l. j. in fi. ⁊. l. nec pretermittendum. [antidotuz] idest contrarium medicamentum. [potest] scilicet vt illius rei emptio possit contrahi.

Si quis. In. §. isto dicitur: seruus meus fugit a me dum esset in fuga ⁊ ignorarem vbi esset cuidam amico meo eunti peregre mandaui vt quereret de seruo meo ⁊ eo quesito qđ eum venderet: nunquid cōmitto ego vel amicus meus in legem fauiaz de plag. vel in senatusconsul. libonianum: certe ego dominus non committo: quia vendidi: amicus meus non committit: quia iam quesitum vendidit: ⁊ ideo tenet emptio ⁊ venditio. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere. [cōtra senatusconsul. committit] scilicet quo cauetur seruum in fuga constitutum vendi non posse: vt. C. ad l. fauiam. de plag. l. sciendus. ¶ Or signori habetis hic qđ seruus fugitiuus dum est in fuga non potest vendi a domino vel ab eius procuratore: sed iam inuenitur sic: ⁊ ad hoc facit. C. ad l. fauiam de plag. l. in fuga. ⁊ ex isto. §. cum suis similibus dixit Jo. ⁊ ita scripsit sine Nicolaus furiosus qui notauit post eū: qđ quidam scholaris qui venerat tempore suo ad ciuitatem istaz ⁊ diu fuit in ciuitate ista qui de die nullo modo studebat in nocte studebat sine lumine fuit valde vituperatus dum rediisset in patriam suam ⁊ ostenderet se omnia scire ⁊ nihil sciebat. nam venit quidam antiquus aduocatus: ⁊ dixit ei. videtꝰ mihi quod bene studueritis instruatis me de quodam dubio. Que est ratio quare seruus qui est in fuga non potest vendi a domino vel a procuratore eius: sed si est apprehensus sic. in questione ista scholaris ille nesciuit allegare legē: nec aliquā assignare rationem: ideo fuit valde derisus ⁊ confusus. Sed vos dicetis qđ ista est ratio qđ seruum fugitiuum dum est in fuga non possum vendere per me vel per procuratorem meum anteꝙ apprehendatꝰ: qꝛ serui fugitiui retineo possessionez nisi apprehendatur vel paratus sit salire in domini libertate. j. de acqui. possessio. l. possideri. §. si seruus: si vēdo dum est in fuga committo in senatusconsul. de plag. ex quo apprehendi possum eum vēdere. hec est ratio: seruus dum est in fuga surripit quandā spez libertatis. j. de edi. edic. l. qđ sit. §. idem ait. vnde sicut si vendo liberum hominem committo in plag. vt. C. ad. l. fauiam de plag. l. j. ⁊ ita si vendo seruum constitutum in fuga: sed ex quo ipsum fugitiuum non diu ab alio apprehensum: vel non diu moratum in libertate inuenio ⁊ apprehendo desinit esse de illa spe libertatis. vnde sicut seruum possum vendere: ita ⁊ istum.

1 ☞ Venditor tenetur prestare custodiam in re vendita ⁊ si sine culpa sua perdatꝰ non tenetꝰ nisi vt actionem cedat quaz si cedere non potest sine culpa tenetur. h. d.

1 **Si res.** † In. §. isto dicitꝰ. vendidisti mihi rez aliquam post venditionē ante traditionem tibi ꝑ furtū est subtracta: nunqđ erit tuum an meū periculum. Respōdetꝰ qđ si conuenit de custodia rei inter me ⁊ te: stabitur illi conuētioni. si autem non apparet aliquid conuenisse: tamen si adhibuisti talem diligentiam qualem quilibet bonus paterfamilias in suis rebus adhibet meum erit periculum: tamen teneris mihi rei vendica. ⁊ condict. furtiuam cedere: sed si tu non esses dominus rei subtracte cum non habeas vendicationem nec condictionem furtiuam: ⁊ ideo non possis mihi eas cedere tuum erit periculum. hoc dicit iste. §. videatis expositionē littere. [si res vendita] sub. sed non tradita [per furtū perierit] idest ꝑ furtū fuerit subtracta vēditori [ꝯuenerat] subaudi nā tūc cōuētioni est stādū. vt. s. depo. l. j. §. si cōueniat. [adhibet] lz in suis rebus talez non adhibeat: accedit. j. de peri. ⁊ cōmo. rei vendi. l. ij. [exhibeat] id est cedat. [habere possit] scz furtiuam: quia res erat aliena non sua: rei vendicatio ⁊ condictio furtiua dantur soli dño. vt. s. de rei vendi. l. in rem. ⁊. s. de condictio. furtiua. l. prima. [transferre] pro furto facto ante traditionē datꝰ actio venditori: sed pro furto facto post traditionem factam datur actio emptori. vt. j. de actione emp. ⁊ vendi. l. si ea res. ⁊. j. de fur. l. ei qui.

1 ☞ In his que vendūtur vt species periculum est emptoris incontinenti in his que vendūtur vt pondus numerus vel mēsura est periculum emptoris cum distinctione que hic habetur. hoc dicit.

1 **In his que pondere nūero.** † In. §. isto iurisconsultus intendit facere differentiam talem: aut venditur res ad mensuram: aut in speciez. si vendis ad mensuram: puta tot modios frumenti vel tot amphoras vini vel tot cados olei vel tot marchas argēti: hec nō est emptio ⁊ venditio perfecta statim qđ cōuenimus de precio anteꝙ mensura fuerit adhibita vel appensa: vel numeratio fuerit facta. Et idē est si vendo tibi vinū frumentum vel oleum vel argentū quātūcunqꝫ certe pro centum. nam nisi numeratio fuerit secuta non est perfecta emptio. Si autem venditur res in speciem: puta vendis mihi illud vinum quod est in illo horreo amphora quelibet pro decem solidis. vel oleum vel frumentum vel argentum per singulas metretas: vel per singulos modios vel libras: hic statim qđ conuenimus de precio perfecta est emptio. idem est si vendis mihi gregē nam statim qđ cōuenimus de precio perfecta est emptio: vel singula corpora certo precio: ⁊ ideo periculum est mei ementis. sed si vendis centum amphoras vini que sunt in illo doleario non est perfecta emptio priusꝙ sint mensurata: ⁊ non pertinet ante ad me emptorem periculum: nec refert vtrū preciū pro omnibus centū amphoris sit datuz: an per singulas amphoras sit dictum certum precium. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere. [modo] id est aliquādo. [tractauimus] cum res venditur in specie [metretas] secus est si vendis totum vinum qđ est in illo dolio: vt. s. eod. §. in principio habuistis. ⁊. C. eod. l. ij. Sed que est ratio diuersitatis si vēditur equus qđ perfecta emptione periculum est ementis: sed si venditur res ad mensuram non est perfecta emptio nisi fuerit mensurata. ratio est illa: vbi vendis rem in specie emptio ⁊ venditio est pure contracta: vnde statim ea perfecta omne cōmodum ⁊ incōmodum pertinet ad emptorem. j. de pericu. ⁊ cōmo. rei vendi. l. necessario. sed vbi venditur ad mensuram contrahitur sub conditione si fuerit mensurata: ⁊ ideo periculum est vendentis. C. de pericu. ⁊ commo. rei vendi. l. prima. Et cōtra hoc si obiicias talem regulam plenam ⁊ perfectam nedum rotundam immo quadratam cum venditio sit pure sine scriptis certe speciei que degustationem non recipit perfecta emptione ⁊ venditione omne cōmodum ⁊ incōmodum pertineat ad emptorem: excepto casu publicationis nisi culpa vel mora pactum cōtrarium suadeat: ideo dico cum sit pure: quia in pura statim ex quo conuenit de re ⁊ precio periculuz est ementis vt hic. si aūt fiat sub conditione aut res perijt pendente conditione: aut qꝛ deficit emptio: aut efficitur deterior: ⁊ tunc tenet emptio ⁊ venditio. j. de pericu. ⁊ cōmo. rei ven. l. qđ si pendente. ideo adiicitur sine scriptis: qꝛ si sit sine scriptis perficitur ex

quo cōuenit de re ⁊ precio.⁊ institu.eo.§.precium.si sit in scri- ptis non est perfecta anteq̄ scriptura fuerit in mundum reda cta.C.de fide instru.l.contractus.certe speciei ideo dictum est quia vbi vendis speciem ex quo conuenitur de re ⁊ de precio periculum est venditoris.j.de verborum obliga.l.stichus. sed si venderes gaium non liberareris interitu speciei.C. si certū petatur.l.incendium.⁊.j.de pericu.⁊ commo.rei ven.l. lectos. quare dixit quia vbi vendis certam speciem liberaris interi- tu speciei.si incertam rem stichum aut pamphiluz si vnus mo- ritur alter remanet in obligatione.§.l. pri.§. pe. Sunt que- dam que recipiunt degustationem:vt vinum ⁊ gingiber. sunt quedam res que non recipiunt degustationem vt liber.dixit Joā.ideo dixit que degustationem non recipit: quia si recipit degustationem non est periculum emptoris.j.de periculo ⁊ cō mo.l.ij.§.sȝ si.nec dicebat esse aliud in vino.Sȝ verior est opi- nio in his que recipiunt degustationeȝ si vendantur in specie puta vendo vinum quod est in illo dolio:ideȝ dicimus q̄ in ce teris rebus vt hic ⁊.j.de periculo ⁊ cōmodo.sed si venderetur ad mensuram non est periculum emptoris anteq̄ sit mensura- tum.C.eo.l.ij.reprobata opinione domini Bul.si vendis vi- num in specie si post emptionem perijt periculum est tuum: si sit acetum periculuȝ est emptoris.Sed certe est differentia in- ter expressam ⁊ tacitam conditionē: quia in expressa est illud: secus in tacita cum venditur ad gustum iam dictum: excepto casu putationis:quia si perfecta emptio putatur verisimile est causa precedenti.j.loca.l.si fundus.nisi culpa contrarium sua- deat.j.de pericu. ⁊ cōmodo.l.in mora.si fuit in mora tradendi tenetur de interitu.j.de verbo.obliga.l.si ex legati.vel pactum si darem pacto qd̄ perfecta emptione sit periculuȝ ementis.§. si quis cau.l.sed ⁊ si.§.quesitum.

Si quis in vendendo. In.§.isto dicitur: si tu vendis mihi predium tuum ⁊ dolose celas aliquem finem teneris mihi ra- tione illius doli ad interesse si sciuissem non essem empturus. h.d.iste.§.videatis expositionē littere.[cōfinem celauerit].i. malum vicinū:q2 venditor tenetur dicere emptori si sunt mali vicini:q2 expedit nobis habere rem vel non habere ꝑpter vi- ciniam malā vt hic ⁊.C.de pac.conuentis.l.vlt.Jtem si hoc spe cialiter ꝑmittitur al's non:vt.j.e.l.cū seruo.§.vlt.[venditorē] s.ad interesse.⁊ facit ad hoc.C.de actione emp.⁊ vendi.l.j.§.ve ditor.in ver.⁊ generaliter.⁊.l.titius heres.

Cum in venditione. In.l.ista po- netis ita ca- sum ad longū ⁊ in terminis:si vendo rem meā vxori mee pro centū volens ei donare est nuda ⁊ imagina ria venditio:vnde non valet.⁊ ideȝ si venderē alicui extraneo. h.d.ista.l.videatis expositionem littere.[non videt' vendere] q2 est nuda ⁊ imaginaria vēditio.vt.j.eo.l.nuda.vnde non va- let vt venditio.q2 non est precium:vt.§.e.l.nec emptio.nec do- natio si fit persone cui donare non potest.j.e.l.si quis donatio nis.secus si facerem alteri cui possem donare:vt.C.e.l. res.⁊.j. e.l.si quis donationis.

Si quis fundū. In.l.ista ponetis ita ca- sum ad longū ⁊ in termi- nis:successi titio:fundū titij mihi ex hereditate delatū vēdidi tibi quanti a titio esset emptus:valet si a titio fuit em- ptus:sed si titio fuit donatus non valet quasi facta fuerit sine precio:⁊ videt' contracta sub cōditione que nulla est si deficit conditio.h.d.ista.l.videatis expositioneȝ littere.[facta vēdi- tio]sub.⁊ sic non valet:vt.j.e.l.nuda. [defecerit.]facit.§.e.l. hec venditio.⁊.j.de pericu.⁊ commo.rei ven.l.ij.

Si quis donationis. In.l.ista po- netis ita ca- sum ad longū ⁊ in terminis:si vendo tibi rem meaȝ que valet viginti pro quindecim: volēs tibi dona- re valet:sȝ si vellem apponere preciū totum causa donationis non valet: sȝ pro parte valet inter extraneos:sed si venderem vxori mee donationis causa minori precio non valet. h.d.iste §.videatis expositionē littere.[facta est]quo casu est imagi- naria ⁊ nuda:vt.j.e.l.nuda.⁊.§.e.l.cū in vēditione.[venditio- nem valere]hoc verū est in rebus corporalib':⁊ ideo tota die dicimus:si vendo rem ⁊ decipior vltra dimidiam iusti precij ⁊ illud tibi dono valet vēditio vt hic secus est in actionib' ⁊ in re bus incorporalibus:q2 si volo partem donare parteȝ vendere non valet:vt.C.man.l.ab anastasio.[nullius momenti est.]vt j.de donatio.inter virum ⁊ vxorem.l.si sponsus.§.semper.vel exponatis.[nullius momenti est] idest in nihilum valet.vel nullius momenti est: quatenus donatio non valet: quatenus est emptio valet:q2 vtile per inutile non vitiatur.vt.j.de verb. obliga.l.que extrinsecus.

Si debitor. In prin.huius.l.dr̄: obligaui tibi reȝ meā pro.x.postea emo a te illā rem nō tenet vēditio vel emptio:q2 rei mee est ꝓhibita emptio ⁊ ideo oīa sunt ĩ prio statu.h.d. principiū hui'.l.videatis expositionē lr̄e.[redemerit].i.eme- rit.[non tenet']ad preciū:vt.§.eo.l.sue rei.tū tenet rōne pos- sessionis emptio rei sue:vt.§.e.l.si in emptione.§.rei sue.

Verisimile est. In.§.isto dicit':si vendidisti mihi fructū oliue pendētis in olieto tuo ⁊ stipulatus es preciū pro.x.pondo olei qd̄ natū esset si na scunt' decem pondo potero petere:totum si quinq3 tantuz quin q3 pondo olei potero petere: quia hoc videtur actum inter nos:ita ⁊ responsuȝ est a pluribus.h.d.iste.§. videatis exposi tionem littere.[⁊ stipulatus est].i.ꝓmisit siue cōuenit: sic ex- ponit'.§.de condi.inde.l.si non sortem.§.si decē.[vsq3 ad decē pondo olei]vt illa decem sit meta.[respōsum est]sed ⁊ preciū plus q̄ pro quinq3 non soluetur:⁊ si solutū est repetet' per con dictionem sine causa quasi causa data causa non secuta: ⁊ hoc illa rōne ne locupletaretur cum aliena iactura qd̄ esse non de- bet:vt.§.de condi.inde.l.naȝ hec natura.⁊ ex.§.isto colligetis arg.⁊ solutionem questionis:ad id qd̄ tota die faciunt rustici qui vendunt castellatas vuaȝ vinee quā laborant: nunquid si in illa vinea non sit q̄ teneant' emptori:⁊ qd̄ emptor pōt repe tere precium quod solutum est eis.

I ☞ Renunciatio facta post terminū cōuentionaleȝ nullius est momenti.h.d.Jtem per renunciationem vniuersalem satis fit termino si aliud non est actū expresse.h.d.

I **Qui fundum vendidit.** †Signo ri domi- nus Jo.⁊ Azo.hanc.l.in principio reputant valde difficilem:sed si vos aduertatis casum ⁊ summariā expositionē littere non est difficilis imo facilis.Jn princi.hu- ius.l.ponitur casus talis:vendidisti mihi fundū certo precio quē dixisti.c.iugera eo ꝑ pacto qd̄ īfra triginta dies primos deberem metiri ⁊ tibi de modo fundi renunciare:aliter non te neris mihi refundere precium si minus inueniretur: postea in processu temporis feci metiri fundum ⁊ reperitur nonaginta iugerum:⁊ renunciaui tibi:tu incontinenti refudisti mihi pre- cium pro decē iugeribus retinui eum multis annis ⁊ vendidi alij:⁊ dixi q̄ erant nonaginta iugera:dixit emptor volo meti- ri: dixi ego libenter:metitus est ⁊ inuētus est longe minor mo dus puta septuaginta:dixi ego hoc est mirabile:cuȝ prior ven ditor.dixerit mihi qd̄ erant centū iugera ⁊ non fuerūt inuēta nisi nonaginta:nunc vero demum fuit metitus ⁊ solū sunt in- uenta septuaginta:vnde redij ad priorem venditorem ⁊ ei hec retuli:⁊ dixi ei q̄ mihi refunderet:qui respondit q̄ mihi nō re funderet vnum denarium:quia mihi satisfecerat vt ei prius re tuleram:nūc querit' quid iuris sit.Respondet iurisconsultus paulus aperte distinguendo sic:aut inter me ⁊ te priorem ven ditorē ita conuenit qd̄ deberet metiri infra triginta dies pro- ximos ⁊ referri de minori modo agri:quo casu si ita actum est de hac vltima minoritate non teneor:quia infra triginta dies proximos mihi non renunciasti:aut conuenit inter nos q̄ in- fra triginta dies proximos deberet metiri:non autem renun- ciari:quo casu lȝ post multos annos non renunciem : tamen si inueniat' minor modus agri: ex vi pacti teneris.hoc dicit ista l.videatis expositionē littere.[renunciaret]scilicet quāti mi nor esset vel renunciaret de minoritate[soluta esset].i.vt non teneretur emptori [accepit].i.recepit a venditore qui mino- rem modum inuenerit.[postea cum fundū vendidit] emptor alij[q̄ putauerat]subaudi in prima emptione.[nil ei profu- turum]quia hoc casu erat astrictus renunciare infra triginta dies proximos [repetere] vt.j. de euictioni.l.qui fundum. ⁊ fm̄ hec clara ⁊ aperta est distinctio in principio huius.l.⁊ hec lex in principio cauet venditori vt infra certuȝ tempus metia tur ⁊ referatur:quo casu vltra non tenetur vt hic: ⁊ debet hoc ita fieri propter subtilitatem mensorum:qui licet nesciāt theo ricam: tamen sciunt practicam: ⁊ vnus est subtilior geometer q̄ alius:tamen si intra diem eos subijceret non multum lede- retur venditor vel emptor.

I ☞ Accessorium vnum trahit ad se aliud accessorium.

I **In lege fundi.** †Ponetis ita casum ad longū ⁊ in terminis: vendidisti mihi vnū fundū retento alio fundo ⁊ dixisti qd̄ haberem ius aque hau riende ad fundum vicinuȝ:nunquid teneris mihi prestare iter in fundo retento.Respondeo qd̄ sic. hoc dicit iste.§. videatis expositionem littere. [aquaȝ] scilicet que erat in fundo vici- no sibi retento[dixit]scilicet venditor.[oportere] tanq̄ ac- cessorium.vt.§.si vsufr.pe.l.j.⁊.§.de ser.ru.pre.l. idemq3.§.qui habet iustum.⁊.§.de relig.⁊ sum.fune.l.si vēditor.secus si fun- dum mihi

dum mihi vendis. naz non teneris mihi prestare vt fundus vicinus seruiꝫ. vie vel itineris: vel actus debeat isti fundo: vt. j. eo. l. in vendendo. in principio.

Qui agrum. In. §. isto ponetis ita casuz ad longū ⁊ in terminis: si vendis alicui agrū ⁊ dicis quod in eo sunt octodecim iugera ⁊ ꝙ debeat metiri: ⁊ si plus inueniatꝫ debeat venditor preciū dare ad rōnem aliorū iugerū si inueniunꝫ viginti iugera pro viginti dz dare preciū. h. d. iste. §. videatis expositionem littere. [⁊ qd eius] .s. fundi si vltra dictā mensuram sit. [pecuniā] idest precium [responsuz est] qd est intelligendū si dixit venditor salua rōne pluris minorisue vnde: qꝛ hic cōuenit dz venditor precium pro viginti: vt arg. s. depoſi. l. j. §. si conueniat. ⁊ qꝛ equitas suadet ⁊c. vt j. de regu. iur. l. contractus al's secus si dixisset emptor ꝙ volebat emere tantum. xviij. iugera.

Fundi venditor. In. §. isto ponetis ita casum ad longuz ⁊ in terminis: vendidisti mihi fundum ⁊ excepisti frumēta manu sata que erant in fundo: ex stipula fundi cecidit granum ⁊ seges est nata: nunquid illa intelligiꝫ excepta. Et rñdetur ꝙ si apparet qd actuz est qd illud dz seruari si non apparet videris eam segetē quaz seminasti retinuisse non al's aliter natā: puta ex stipula quēadmodum non videris excepisse si aliquid ex sacco saccarij cecidisset: vel ex ore auium ⁊ natum postea esset. hoc dicit iste. §. videatis expositionē littere. [exceperat] al's emptorez sequeretur: vt. C. de acti. emp. ⁊ vendi. l. fructus: ⁊. s. de vsufru. l. si pendentes. primo responso. ⁊. j. de actione empti ⁊ vēditi. l. iulia. §. si fructibus. [ex stipula] quam stipulaz vulgariter appellamus. s. quando frumentum est ablatum. vt. j. de verbo. signifi. l. silua. §. stipula. [est] vnde nota ꝙ consideratur quid actum est: ⁊ si apparet illud ⁊ seruatur: vt argu. s. depositi. l. prima. §. si conueniat. al's non recedimus a verbis. vt infra de legatis. iij. l. non aliter. [saccarij] idest asinarij qui deferunt saccos. [ex ore] idest ex rostris. [natum esset] de quo non intelligitur actum: vnde non videtur exceptum: vt. s. de transactionibus. l. cum aquiliana.

1 ☞ Nomine fructus cōtinentur etiā harundines.

1 **Cum fundum.** In. §. isto ponetis ita casum ad longū ⁊ in terminis: si quis vendidit fundum ⁊ excepit omnē fructum videtur excipere siluaz ceduam ⁊ arundinem. h. d. iste. §. videatis expositionem littere. [⁊ siluam] .s. ceduam]. respondi.] ⁊ ad istud accedit. s. de vsufru. l. item si fundi. in fi. ⁊. l. seq.

Dolia ista. In. §. isto dicitur: si procurator vendidit mihi funduz: ⁊ dixit accessura dolia que essent in fundo dñi: ⁊ ea que seruus qui fundum coluerat emisset: nūquid peculiaria dolia accedent emptori. rñdetur qd sic. h. d. iste. §. videatis expositionē littere. [responsuz est.] al's secus. vt. j. de acꝫ. emp. ⁊ ven. l. si sterilis. in fi.

Rota. In. §. isto diciꝫ: si tu vendis mihi domū tuam videris vendere rotā per quaz aqua trahiꝫ sicut fistula que est adiuncta ⁊ ligata. h. d. iste. §. videatis expositionē littere. accedit. j. de acꝫ. emp. ⁊ ven. l. iul. §. edibus.

1 ☞ Modus adiectus contractui contractum non suspendit ⁊ actione ex eo contractu quis modum implere cogitur secus in conditione. h. d.

1 **Fundum ab eo.** In principio huius legis ponetis ita casum ad longum ⁊ in terminis: funduz tuum alicui obligasti: postea emi eum a te si liberares ante kalēdas iunias: modo queritur an possim cōuenire te vt euz liberes: ⁊ respondetur aut pure emi quo casu habeo acꝫ. vt liberes aut emi sub conditione si liberes: quo casu si liberas existiꝫ cōditio: si non liberas non existit conditio: ⁊ ideo nō possum agere vt liberes. h. d. ista lex in principio videatis expositionem littere. [vt liberet.] qꝛ venditio fuit facta pure. [si vero sub cōditione.] vt sit mihi emptus si eum liberaueris. nam conditio per si: modus per vt: causa per qꝛ ponitur. vt. j. de conditio. ⁊ demonst. l. a testatore. in fine. ⁊. l. falsa demonstratio. in prin. [impleatur.] nam deficiente cōditione non agitur ex empto.

Mensam. In. §. isto ponetis ita casum ad longuz ⁊ in terminis: si ignoranti vendidisti aliquā mensam argento coopertam quasi tota esset argentea nulla est venditio: ⁊ ideo precium eo nomine datum condico. h. d. iste. §. videatis expositionem littere. [mensam] .s. eneaz vel ligneam [pro solida] .i. quasi esset tota argentea. [imprudēs.] idest ignorans. vt. s. si certuz pet. l. cum fundus. §. seruum. [cōdicetur] condic. inde. vel sine causa. Sed ad. §. istum opponiꝫ ⁊ videꝫ qd valeat emptio quatenus argentea est. vt. s. e. l. quid tamen. ad qd vos dicetis ⁊c. vt ibi dixi.

d **Domini neꝙ per se.** In lege ista diciꝫ qd domini seruorum nec per se nec per procuratorem ipsorum seruos suos criminosos possunt vendere vt cuz bestijs pugnarent. h. d. ista lex videatis expositionez littere. [vendere] scilicet hoc pacto quod sequitur. [vt] ⁊c. [rescripserunt.] ⁊ ad istud accedit. j. ad. l. cor. de sic. l. circūcidere. §. seruo. sic nec dominus potest vendere seruum suum qui est in fuga per se vel per procur. vt. s. e. l. qd sepe. §. si quis.

1 ☞ Cōmendatio generalis non obligat cōmendantē ⁊ promissio generalis non referꝫ ad id qd emptor sciebat.

1 **Ea ꝙ.** In principio huius legis diciꝫ: qd quedaz sunt que si a venditore dicta sunt vēditorem emptori non obligant: verbi gratia: dicit venditor: vendo istum seruum ⁊ scias qd speciosus est ⁊ turpissimus: vel si dicit: domum bene edificatam ⁊ venditor videt quod non est. sed si venditor dicat seruum litteratum vel artificem: quia hoc non apparet de istis tenetur: ⁊ ideo si venditor vendebat seruum suum eluscatum: ⁊ emptor fuit stipulatus de sanitate non poterit agere eo nomine: qꝛ seipsum decepit. h. d. principiū huius legis videatis expositionē littere. [dicunꝫ.] sub. a vēditore emptori. [appareant] .i. in euidēti sunt. [speciosum.] cū non sit. [bene edificatam] .s. cum non sit: qꝛ non debet certiorari qui scit. vt. j. de acꝫ. emp. ⁊ ven. l. j. in prin. ⁊. j. de reg. iur. l. nemo. [decipiebat.] ⁊ ad istud accedit. j. de edil. edic. l. si vēditor. ⁊ ista materia plenius dixi. s. de dolo. l. qd venditor. ⁊ facit. j. proxi. §. ⁊. l. labeo.

Dolum malum. In. §. isto dicitur: qd vēditor non debet emptorem dolose decipere ⁊ non solum videtur decipere dolose: si obscure loquitur imo ⁊ si insidiose dissimulet. h. d. iste. §. videatis expositionem littere. [qui fallendi causa obscure loquitur.] vt si dicat equū non ascendere arborē. vt no. s. e. l. labeo. [dissimulat] cū scribit corā predio vicini qd debet tributa certis municipijs. vt. j. de acꝫ. emp. ⁊ vendi. l. iul'. §. iul'.

Si duos. In lege ista dicitur: aliquis emit duos seruos vno precio: vnus decessit ante venditionez: nunquid in eo qui superest tenet emptio: certe non. h. d. ista lex: videatis expositionem littere. [emerit] .s. vno precio vnus decessit: putans vtrūꝙ viuere cum vnus viueret tantum. [emptio.] secus si alter mortuus est post emptionez. vt. s. eo. l. si in emptione. §. pe. ⁊ est verum qd non tenet emptio: si alter mortuus est ante venditionem quando non erat empturus nisi vtrunꝙ simul. vt. j. de in diem adiec. l. qd si vno pacto. ⁊ instit. ad. l. aqui. §. his verbis. al's esset contra. j. e. l. domum.

Labeo. Al's incipit si vestimēta. ⁊ in lege ista dicitur: vendidisti mihi ignoranti vestimenta interpollata pro nouis: nunquid teneris mihi ad interesse meuz: certe sic: si venditor sciebat: si ignorabat quanti minoris erat sicut si vendis mihi auricalcum pro auro teneris mihi ad interesse. h. d. ista lex: videatis expositionem littere. [si vestimenta interpollata.] .i. refollata. [teneri] actione ex empto quanto minoris esset empturus si scisset. vt. j. de act. emp. l. iul'. [contingit.] si forte pmisit penas emptori si ea inuenirentur interpollata: ⁊ ita est in arg. contra opi. antiquorum qui dixerunt qd ignorans vitium non tenetur: sed certe contrarium est plene dicam. j. de act. emp. ⁊ ven. l. iul'. [prestet.] accedit. s. e. l. alioquin. ⁊. l. seq.

1 ☞ Officialis in loco vbi administrationem gerit contractus per se vel per alium facere non potest.

1 **Non licet.** In lege ista diciꝫ: si aliquis administrat aliquod officium non licet sibi se actore: vel per procuratorem ipsius emere rem: ⁊ si contra facit condemnatur in quadruplū ⁊ rem amittere: ⁊ idez obtinet in procur. cesaris nisi in casibus in quibus lex expresse sibi concedit emere. hoc dicit ista lex. videatis expositionem littere. [vel per aliam personam] pone exemplum in tutore vel cura. vt. s. e. l. si in emptione. in fi. [hoc concessum est.] vt si res venalis erat ⁊ ratione aliqua permittebatur vendere. vt. j. e. l. qui officij.

1 ☞ Iura realia accedūt rei sine aliqua expressione.

1 **Si aque.** In lege ista cum duabus sequentibus dicitur: si vendis mihi prediū cui debetur seruitus aqueductus etiam si non dicatur seruitus aqueductus transit in me sicut si vendis mihi domum: fistule per quas aqua ducitur transeunt in me: licet sint extra edes quia fistule ⁊ canales ⁊ alia necessaria vsui aque quasi sunt partes edium. hoc dicit ista lex: videatis expositionem littere. [si aqueductus] .s. seruitus. [debeatur

predio]. s. vendito. [etiã si nihil dictũ sit.] vt. s. e. l. qui fidẽ. nã seruitus predij sequitur predium. vt. s. de serui. rusti. pre. l. iiij. §. item. ⁊ facit ad hoc. j. de act. emp. ⁊ ven. l. iul. in fi.

Si mihi bibliothecam. In l. ista dr̃ vendidisti mihi bibliothecaz hoc pacto si decuriones campani venderent mihi locũ in quo ponere possem. stat per me quo minus emam: nunquid poteris me cõuenire ex empto quasi cõpleta sit conditio: certe sic. vel p̄scrip. ver. hoc dicit ista lex: videatis expositionez littere. [si bibliothecam]. i. locũ in quo armariũ reconditur: ⁊ sic cõtentuz pro cõtinenti sumitur hic. [vẽdidissent]. i. parati essent vendere. sic. j. de verb. obli. l. si stipulatus sum damã. [puto.] q2 fuit pactum appositum incõtinenti. vt. j. eo. l. fundi partem. [impleatur.] accedit. j. de verbo. oblig. l. in executione. §. vlt. ⁊. j. de regu. iur. l. qui potest. ⁊. j. de lega. ij. si quis. ⁊. j. de condi. ⁊ demonstra. l. iure ciuili.

Littora. In. l. ista dicitur: si tu vendis mihi fundum tuũ in quo dicis esse. c. iugera: in mensura non debent computari littora maris: vel vie publice vel loca sacra: ⁊ ideo vt cõputetur in mensura dz hic specialiter dici ab emptore. h. d. ista lex videatis expositionez littere [non cõputantur] idest non numerant̃ in loco iugerũ. [vacant.] vt. j. de acquir. re. do. l. littora. [in modum cedant.] al's aũt non cedit. ⁊ ad istud accedũt. j. de peri. ⁊ cõmo. rei vendi. l. id quod post emptionem.

1 ☞ Vendere quis non potest edificia domorũ causa discooperiendi ea vel demoliendi. h. d.

1 S **Senatus.** †In lege ista dicit̃: qd̃ nõ licet mihi emere domum vt destruaz vel destruere domũ meam: ⁊ vẽdere lapides ⁊ tegulas: ⁊ si emo teneor in duplũ fisco. sed si solui preciũ repetam a te quasi facta sit irrita vẽditio: ⁊ ita censuit senatuscon. ⁊ erat locus huic senatuscon. nedũ si quis vendat suam domum: imo ⁊ si alienam. h. d. ista lex. videatis expositionẽ littere. [senatusconsulto] facto auiola ⁊ pau. cõsulibus. vt. j. de lega. j. l. cetera. [acquirere tur.] ex negociatione: ⁊ hoc est factuz ne vrbs ruinis deformetur. vt. j. de tigno iniuncto. l. j. ⁊ per totũ. sed vt postea reedifices bene licet destruere domum. vt. C. de edifi. priua. l. ij.

1 ☞ Dominiũ ad hoc vt transeat in emptorẽ paria sunt precium esse solutuz vel fideiussorem datum vel esse aliter satisfactum hoc dicit.

1 **Vtres.** In lege ista ponetis ita casum ad longũ ⁊ in terminis: si vendis rem tuaz mihi ⁊ tradis transit in me dominiũ siue precium est solutũ vel datus est fideiussor. Et qd̃ dicitur de fideiussore est intelligendũ siue sit satisfactum ab emptore de precio vẽditori: siue datũ fuerit pignus: siue aliter satisfactũ. h. d. ista lex videatis expositionẽ littere. [esset.] accedit. s. e. l. qd̃ vendidi. secus est in p̄curatore fisci. vt. j. de iure fisci. l. si res.

Res bona fide. In lege ista dicitur: si res est vendita bona fide ob aliquam iniuriosam causam non dz fieri inempta. h. d. ista lex: videatis expositionem littere. [propter minimam causam]. i. iniuria iudicantis euincitur non liberatur emptor de precio. vt. j. de euic. l. si per imprudentiã. in prin. sed cõis littera est p̄pter minimam causam: ⁊ tunc vult hoc dicere qd̃ res bona fide vendita p̄pter minimam causam non debet inempta fieri: verbi gratia: vendidi tibi funduz pro. x. ⁊ si non solueres intra diez sit res inempta: si soluisti. x. minus vno denario non resoluit̃ venditio: sed certe hoc exempluz non bene adaptatur ad litterã. ⁊ ad hoc contra. j. de verbo. obliga. l. in executione. §. q̃diu. ⁊. j. de solu. l. etiaz circa. ⁊ ideo vos dicetis qd̃ minima causa dicitur si decipitur intra dimidiam iusti precij: quo casu non rescindit̃ vt. C. de rescin. ven. l. ij.

Nuda. In lege ista dicitur: qd̃ nuda ⁊ imaginaria vẽditio pro non facta habet̃: ⁊ ideo eius alienatio non intelligitur facta. h. d. ista lex: videatis expositionẽ littere. [nuda ⁊ imaginaria vẽditio] vt est que habet nomen venditionis ⁊ non existentiã: vt si dono ⁊ dico qd̃ vẽdo ex causa donatiõis. vt. s. e. l. si quis donationis. vel si dico non possum donare vxori mee volo ei vendere. vt. j. de dona. inter vi. ⁊ vxo. l. cũ hic status. §. venditio.

1 ☞ Pactũ manus iniectionis prosequitur rem penes quẽcunq3 possessorem.

1 **Si quis sub hoc pacto.** In lege ista ponetis ita casum ad longum ⁊ in terminis: vendidi ancillaz sub hoc pacto ne prostitueres eam ⁊ dictũ fuit qd̃ si p̄stituisses qd̃ possem manum iniicere: si prostituisti potero vendicare a quolibet etiã si per plures manus ambulauerit. hoc dicit ista lex videatis expositionem littere. [potestas sit.] si obijciatur sicut solo pacto non trãsit dominium: ita nec retransit. respon. hoc facit manus iniectio: vt ⁊ al's. s. de vsufru. l. si fur. ⁊. l. si pendẽte. §. vlt. vel speciale est vt hic. ⁊. j. de in diem adiec. l. iij.

Domuz emi. Signori hec lex leuis ⁊ vtilis ⁊ notabilis est valde: ⁊ lz ista. l. ponat multos casus tñ summatiz: hec est intẽtio huius legis vt rei que non est ⁊ esse putatur emptio ⁊ vẽditio eẽ nõ possit: ponamus ergo ego ⁊ tu eramus parisius tu domũ tuaz quã habebas boñ. vendidisti mihi pro. c. tu ignorabas eam cõbustaz: ⁊ ego similiter: postea apparet qd̃ est cõbusta: nũquid valet emptio ⁊ venditio: r̃ndetur qd̃ non: ⁊ ideo si preciũ non solui non teneor tibi soluere: si solui: condictione sine causa potero condicere. Scd̃s casus est si pars domus est combusta ⁊ pars manet: ⁊ nos istud ignoramus: quid erit: ⁊ certe si maior pars cõbusta est nõ valet emptio ⁊ venditio: si minor pars cõbusta est tenet emptio ⁊ vẽditio. vnde preciũ teneor tibi soluere: verũ tñ arbitrio boni viri debes reddere de precio quatenus est pars cõbusta: vel si nõ solui vt p̄ ea parte me liberes. Sed quid erit venditor sciebat domuz cõbustaz: ego emptor non: nũquid tenet emptio ⁊ vẽditio: certe nõ. si totã sciebat cõbustam. sed si pars est combusta tenet emptio ⁊ venditio. sed tu vẽditor teneberis ad interesse meũ: sed quid erit: si ego emptor sciebã cõbustã ⁊ tu ignorabas: nunquid tenet emptio ⁊ vẽditio. r̃ndetur qd̃ sic. ⁊ ideo si nõ solui precium teneor soluere: si solui non repeto. Sed quid erit si vterq3 nostrũ sciebat eam cõbustã nũquid tenet emptio ⁊ vẽditio. r̃ndet̃ qd̃ non. cum ambo inuicez dolũ cõmittãt: debet dolus cũ dolo cõpensari. sed quid si emebã a te fundũ cõtemplatione oliueti si arbores fundi vi ventoꝝ sunt deiecte: vel igne concremate ⁊ vterq3 ignorabat emptio ⁊ venditio non tenet. sed si venditor sciebat ⁊ ego ignorabã nõ tenet vẽditio: siue ergo ego ignorabam ⁊ venditor sciebat vel sciebam ⁊ venditor ignorabat vel vterq3 hz locũ qd̃ dictum est in superiori lege. h. d. ista lex cum seq. videatis expositionẽ littere. [aiunt.] q2 rei que nõ est vel non sperat̃ esse emptio ⁊ vẽditio non 9hitur. vt. s. eo. l. nec emptio. ⁊. j. de here. vel act̃. ven. l. cũ hereditate. [liberet̃.] ⁊ ita nota qd̃ maior pars trahit ad se minorẽ. ⁊ ad hoc cõcor. s. eo. l. in modicis. ⁊. s. de in integ. resti. l. seio. [stare] quantũ ad statum venditionis. [⁊ omne preciũ]. s. etiã pro parte distracta. [solui.] q2 non videtur deceptus qui sciuit. vt. j. de act̃. empt. ⁊ vẽ. l. j. in prin. [non repeti.] accedit. s. e. l. si in emptione. [cõpensando.] accedit. s. de dolo. l. si duo. ⁊. s. de eo per quem factum est. l. vlt. §. j. ⁊. s. de compensatio. l. si ambo. ⁊. j. solu. matrimo. l. viro atq3 vxori.

Quotiēs deficit actio. Lex ista respicit illaz partem rubrice de act. in factum que est pretoria ꝛ dicit̄ in. l. ista ꝙ vbicunqꝫ deficit actio vl' exceptio ꝛ equū est dari act. datur actio in factum vtilis. h. d. ista. l. videatis expositionem litere [vel exceptio] ex verbis. l. [vtilis actio] in factuz pretoria. [est danda] sub. si equitas suggerit actionem vel exceptionem dari: et ita nota ꝙ iurisconsul. vocat vtilem in factum quia vtile est ad eam recurri alijs actionibus vel exceptionibus deficientibus: et not. sic exemplum: si pater meus dolo me decepit vltra summam duorum aureorum deficit mihi act. de dolo: quia non datur de dolo contra patrem meum cum sit famosa tamen quia equitas suggerit actionem dari: datur actio in factum vt. s. de dolo. l. non debet. et. C. de dolo. l. si superstite. similiter si parens meus induxerit me dolo vt ei promittam. deficit exceptio doli tamen equitas suggerit dari exceptionem in factum: vt. j. de do. exceptio. l. apud. §. aduersus. et hec actio in factū pretoria de qua loquitur hec lex in multis et varijs articulis tenor eius admissus est. vt. C. de sac. sanc. ecc. l. sancimus. vel loquitur ista lex de act. in factum ciuili que ex quolibet edicto pretoris datur ex quo non decernitur certa act. vt. s. de eo per quem fac. erit l. vlti. in prin. Item datur ista actio in factum ciuilis cum datur dānum a non corpori in non corpus vt insti. ad. l. aql. §. vlti. Itē datur ista actio in factum in quattuor casibus qui ponuntur. s. eo. l. qui seruandarum. et. in alio casu qui ponitur. C. de act. emp. et ven. l. vl. et que differentia sit inter act. in factum pretoriam et ciuilem. dixi. s. de pac. l. iurisgen. in principio. Alij tamen ponunt exempluz in act. in factum prescrip. verb. ciuilis que datur propter incertitudinem contractus. vt. s. de estima. act. l. j. ī pri. et. s. eodē. l. j. §. ij. et. iij. exponunt quotiens deficit actio vel exceptio: vtilis actio vel exceptio danda est si dubitatur de nomine contractus vt in prin. l. habuistis. sed prior intellectus verior est. posset tamen ꝛ alio modo intelligi. vbi ad id de quo queritur habeant locum verba et sententia legis: tunc datur directa actio et exceptio: sed si deficiunt verba sententia tamen habet locum: deficit actio ꝛ exceptio: tamen quia equitas suggerit actionē vel exceptionem dari datur actio vel exceptio: vt est exemplum. s. de iur. om. iudi. l. si id quod. et. s. si qua. pau. fe. dicat̄. l. j. et. l. vlti.

☞ Opus si suscipitur faciendum gratis est mandatum si propter mercedem in pecunia est locatio alias est contractus innominatus.

Si tibi polliendā. † In lege ista dicitur: dedi tibi vestimenta mea polliēdā si tu illa nō reddis qua actione teneris: certe si gratis accepisti teneris actione mādati. si vero mercedem accepistis non gratis vel mercede accepta: teneris act. prescriptis verbis: hoc dicit ista lex: videatis expositionem littere. [obligatio.] quia mandatum debet esse gratuitum. vt. s. manda. l. prima habuistis [iudicium] id est negocium in prescriptis verbis ꝛ sic in factum ciuilem. vt. s. e. l. j. ꝛ ad istam legem facit institu. loca. ꝛ condu. §. j.

☞ Perdens rem alienam sui culpa tenetur actione in factum si alia actio non superest.

Duo scdm̄ tyberim. † In. l. ista dicitur: ego ꝛ tu ibamus spaciatū rome iuxta tyberim habebam anulum in manu rogasti me vt demonstrarem tibi: ego anulum posui in manu tua anulus meus cecidit in tyberim qua act. teneris mihi. certe act. in factū aquil. ad estimationem anuli hoc dicit ista. l. videatis expositionem littere. [duo scdm̄] id est iuxta [illi.] cui ostensus erat [actione] id est. vtili. l. aquil. facit s. e. qui seruandarum. et. s. ad. l. aquil. l. si seruus seruum. §. si cum anulum.

Titius sempronio. In lege ista dicitur: quidam titius paterfamilias cuidam sempronio mutuauit. xxx. sub semissibus vsuris: et fuit appositum pactum vt de illis semissibus vsuris prestaret tributum fisco et qd̄ minus prestitisset redderet titio et si plus solueret decideret de sorte: vel si solueret plus ꝙ esset vsura ꝛ sors quod illud titi⁹ redderet sempronio. modo queritur si plus est in vsuris semissibus ꝙ soluerit nomine tributorum qua actiōe teneatur sempronius ei reddere superfluum: et respondetur ꝙ videtur ꝙ non competit aliqua act. ex stipulatione non: quia stipulatio nulla interposita fuit ꝛ vsure pecunie date mutuo sub vsuris non debentur citra vinculum stipulationis: sed videtur ꝙ teneatur mandati qua si mandauerit. Denuo non videtur mutuum fuisse: quia in mutuo pertinet periculū ad debitorē. sed certe dicit iurisconsul. verius est in his casibus: fuerit quidam contractus innominatus ex quo detur prescriptis verbis actio. hoc dicit ista lex: videatis expositionem littere [dedit] vt negocietur ex eis: et lucrum sibi q̄rat: et de illis. xxx. prestet semisses vsuras titio. [vt ex reddit u] id est ex vsuris [tributum] scilicet reipublice [impēdere] id est soluere [semissibus] id est tantum solueret quantum ascenderent vsure [quatominus] ecce secundum pactuz [vt id] id est residuū de vsuris [id quod amplius] modo ponit tertium pactum [aut si.] modo ponit quartum pactum. [titius] scilicet tradens [redegisset] negociando vel etiam dando vsqꝫ ad semisses vsuras. [pecunie quidem credite] id est mutuo sub vsuris date. [vsuras non deberi.] et etiam in mutuo periculum est. [debeat] quia incendium est ꝛc. vt. C. si. cer. peta. l. incendium. vnde not. ꝙ etiam per pactum incontinenti appositum vsure citra vinculum stipulationis non debentur. vt hic. et. C. de vsuris. l. ꝙuis. fallit tamen in casibus quos ibi no. [esset] sub. sempronius: quia cum certum sit ꝙ habebit lucrum non videtur mandatum: quia mandatum debet esse gratuitum. vt. s. in. l. prima in principio. [tutiusqꝫ] scilicet in casu istius legis. et modo incipit determinare. [in factū] ciuilem [excedit] quia mutuum est cum datur vt tantūdem reddatur eiusdem bonitatis. vt. s. si certum petatur. l. cum quid. hic autem minus quandoqꝫ redderetur. vnde fuit contractus innominatus: ꝛ ideo nō datur prescrip. verb. actio. vt hic: ꝛ. s. de pu. l. publiciana.

☞ Opere si pro operibus dantur agitur actione prescriptis verbis.

Si operas. † In. l. ista dicitur: conueni tibi decem operas fabriles serui mei dare vt totidem mihi prestares que actio habebit locū inter nos: certe prescrip. verb. quemadmodum si dedissem tibi penulas vt acceperas tunicas: nec obstat ꝙ si qs per errorem

errorem operas indebite soluit ꝙ ipse nõ repetit: quia opere cõsistunt in facto ⁊ facta non repetuntur: sed si soluerem in quantitate repeterem id quod dedi quia repetitur solummodo qđ solutum est vel tantũdem in eodem genere. hoc dicit ista lex: videatis expositionem littere. [si operas fabriles] certas vel incertas que dixi. ṡ. de condi. indebi. l. si nõ sortem. §. libertus. [repeti nõ possunt.] quia facta nõ possunt repeti: ⁊ licet opere fabriles nõ possunt repeti vt hic: repetitur tamen eorum estimatio: licet secus sit in artificialibus: vt. ṡ. de condi. indebi. l. si non sortem. §. libertus plene dixi [possunt] quia nec eedẽ possunt repeti nec alie in eodem genere: sed eorum estimatio sic.

Si tibi. In lege ista dicitur: si tradidi tibi cipbos meos vt mihi redderes cõmodatum est et teneris commo. sed si tradidi tibi cipbos argenteos vt redderes argentum tanti ponderis teneris prescrip. verb. sed si tradidi cipbos vt ipsos vel argentum tanti ponderis redderes prescrip. verb. act. competit. hoc dicit ista lex: videatis expositionem littere. [dedi.] id est tradidi: quia rei cõmodate ⁊c. vt. ṡ. cõmoda. l. in re cõmodata. dare enim est proprie accipientis facere vt. ĵ. de verbo. obligatio. l. vbi autem non apparet. §. vlti. [actio est] sub. finito vsu. [fuerunt.] quia fuit contractus innominatus do vt des. vnde daṫ prescrip. verb. vt. ṡ. eo. l. naturalis. [dares.] id est traderes [eidem] scꝫ qđ sit: do vt des. vnde dabiṫ prescrip. verb. vt. ṡ. eo. l. naturalis. in ver. at cum do.

¶ Explicit liber. xix.

¶ Incipit liber. xx.

¶ De pignoribus ⁊ hypothecis: et qualiter ea cõtrahãtur: et de pactis eorum. Rubrica.

¶ Et rubricam istam ita continuabitis ad superiora primã partem et secũdam ⁊ tertiam. ff. habuistis: in quibus agitur de principalibus obligationibus: tamen ex nominatis contractibus ꝙ innominatis. verũ quia ista est quarta pars. ff. in qua agitur de accessoriis ponitur hic rubrica de pignoribus ⁊ hypothecis: et est differentia inter pignus et hypothecam. vnde de pignore et hypotheca videamus: ⁊ est vidẽdum que res pignori possunt dari. de quo dicitur. ĵ. eo. l. si fundus. ⁊ qualiter cõtrahatur: ⁊ de quibus obligationibus accedant: de quo dicitur. ĵ. e. l. res que actio detur. de quo dicetur. ĵ. eo. l. si fundus. §. in vendicatione.

1 ☞ Obligatio generalis porrigitur ad bona presentia et futura: sed obligatio certe rei non contrahitur etiam in illa re postea debitoris effecta si creditor sciens fuerit.

2 Obligare generaliter quis potest omnia bona sua et specialiter vnam rem.

3 Obligatio generalis in quo differat a speciali.

4 Retentionem quando quis habeat et non actionem.

1 Conuẽtio generalis in pignore. † In principio huius legis notaṫ differentia inter generalẽ obligationẽ omniũ bonoꝝ ⁊ specialem hypothecã alicuius rei: ⁊ est differẽtia talis: si obligo generaliter omnia bona mea non solum videor obligare bona mea presentia: immo ⁊ que postea mea fiunt: secus tamen si obligo tibi rem aliquam specialiter: ꝙ si res illa est aliena non mea nec mihi debita licet ceperit esse mea: postea pro ista re non habebis hypothe. actio. verũtamen si possides poteris vti retentione. hoc dicit ista lex in princip. videatis expositionem littere. [conuentio generalis in pignore.] et est cõuentio generalis in pignore cum obligo tibi omnia bona mea et intelligor obligare presentia ⁊ futura: vt C. que res pig. ob. pos. l. vlti. ⁊. ĵ. de pig. l. ⁊ que nondum. §. qđ dicitur [bonorũ] presentium [recepta est] .i. approbata est vt in generali obligatione bonorum videantur contineri presentia ⁊ futura vt hic: ⁊ in preallega. l. ṡ. proxi. [in specie autem] .i. in speciali obligatione alicuiꝰ rei [debita] quia si esset sibi debita posset obligari. vt. ĵ. qui po. in pig. ha. l. iij. §. ex causa. [vtilis actio] .i. hypothecaria [qui non ignorauit] sub. tempore obligationis. [dabitur] .i. nullo modo dabitur: ⁊ ita sumitur hic difficilius negatiue: et hec expositio est vera cum creditor sciebat alienam tempore obligationis: vel potest exponi [difficilius] .i. cum difficultate [vtilis actio] .i. hypotheca dabiṫ creditori si credebat rẽ alienam [retentio.] Or signori circa principiũ huius legis no. † primo ꝙ quis potest obligare generaliter omnia bona sua: et specialiter vnam rem. accedit. C. que res pigno. ob. poss. l. vlti. et ĵ. eo. l. et que nondum. §. quod dicitur. ⁊. ĵ. de administratio. tuto. l. si duo. et quid operatur speciale quo ad speciem: et generale quo ad genus: vt. ṡ. de pcuratori. l. ij. §. ij. fallit vbi speciale tꝫ vt C. de nego. gest. l. negocium. et. ṡ. si quis cau. l. sed et si quis rei ca. §. quesitum. item fallit vbi speciale requiritur mandatum. vt. ṡ. de procurato. l. pompo. ⁊. l. non solum. ⁊. ṡ. de minori. l. illud. §. si

3 talis. Item not. † in aliquo esse differentiam inter generalem ⁊ specialem obligationem: quia si obligo generaliter bona mea intelligor obligare presentia ⁊ futura: sed si obligo specialiter rem si erat aliena non intelligitur obligata si postea mea efficiatur: vt hic: ⁊. ĵ. eo. l. et que nondum. §. quod dicitur. sic et al's est differentia inter generalem et specialem obligationem. ĵ. e. l. si superatus. et. ĵ. de probatio. l. ante omnia. Item not. † ꝙ alicui consu-

4 litur per retentionem cui non consulitur per actionem vt hic: et ad istud accedit. ĵ. quibus modis. pigno. vel hypotheca. sol. l. j. in principio. ⁊. ĵ. de doli exceptio. l. paulus. ⁊. C. etiam ob cy. pe. pig. re. pos. l. j. sic etiam est simile in nudo pacto vt. ṡ. de pact. l. iurisgẽtium. §. sed cum nulla. ⁊. ĵ. ad. l. falcidiã. l. j. §. id quoqꝫ. simile est in debito naturali tantum: vbi habemus retentionem non actionem: vt. C. de iuris ⁊ facti ignoran. l. ꝙuis. Or signori ad principium huius legis opponitur ⁊ videtur ꝙ in re tibi obligata specialiter que non erat mea tempore obligationis si efficiatur mea quod detur tibi hypothe. vt. ĵ. eo. l. si ab eo. ad quod vos dicetis. lex illa non contradicit: immo ponit omnino alium casum. vnde eum videatis: sed circa materiam huius legis vt sciatis que res possunt obligari et que non: et que videantur obligata: et que non. Distinguetis sic: cum quis obligat: aut obligat omnia bona sua: aut specialiter obligat aliquam rem: cũ quis obligat bona sua omnia vidẽtur presentia et etiam que tempore obligationis erant et futura obligare: vt hic ⁊. ĵ. eo. l. ⁊ que. §. quod dicitur ⁊. C. que res pigno. l. fina. et est verũ quod videtur obligare omnia bona que erat specialiter obligaturus. vnde suppellicilẽ non videtur obligare nec concubinam nec filios naturales. ĵ. e. l. obligatione. et. l. sequen. si autem aliquis obligat rem aliquam specialiter: refert aut rem suam aut alienam. si suam tenetur si tempore obligationis sua erat: vt. ĵ. eo. l. si superatus. et. l. et que. aut alienã sed sibi debitam: et tunc quia debita tenet obligatio. hoc innuit littera ista. ⁊. ĵ. qui po. in pigno. ha. l. iij. §. cum ex causa. si non erat debita: sꝫ ius in ea habebat quia erat obligata ab alio valet obligatio. ĵ. eod. l. etiam. §. item pignus. ⁊. C. si pignus pig. datum sit. si autem non est debita nec ius in eam habet si obligat sub conditione. si erit sua valet. ĵ. e. l. si fundus. §. si aliena. si obligat pure nec postea efficitur sua sed dominus habet ratum valebit. ĵ. eo. l. si fundus. §. j. al'. nõ. C. si ali. res. l. que predium. si sub cõditione cum sua erit: et non est dubium ꝙ tenet obligatio existente conditione: vt in prealleg. l. si fundus. Si autem creditor sciebat alienam cõsulitur sibi per retentionem vt hic: si ignorabat secus vt. ĵ. eo. l. si ab eo. ⁊. l. si titio.

Seruo. In. §. isto dicitur: habebam seruum stichũ nomine: ⁊ ille habebat peculium obligaui tibi eũ pro decem nunquid videor obligare peculium eius tibi certe nõ. et ideo si ad diem non solui tibi decem si alienas peculium serui non valet alienatio nisi specialiter seruum stichum et eius peculium tibi obligassem nec refert an quesierat domino peculiũꝫ stichi tempore obligationis an postea hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere [quesierit.] sub. ante obligationem serui an postea. vnde not. qui obligat seruum: non videtur obligare peculium nisi nominatim dicatur vt hic: sic et qui vendit seruum et peculium non videtur vendere: nisi nominatim vendat cum peculio. vt. ṡ. de contrahen. empt. et vendi. l. quotiens. sic etiam qui manumittit seruum: si in vltima voluntate manumittit non videtur ei concedere peculium nisi specialiter ei concedat: secus est inter viuos. vt. C. de pecu. eiꝰ qui me. li. l. vnica. ⁊ que sit ratio ibi notatur.

1 ☞ Fructus a bonefidei emptore percepti fundo obligato nõ veniunt in obligatione et vsucapio triennij ius pignoris non extinguit.

1 Cum predium. † In. §. isto dicitur: ego obligaui tibi predium meum pignori pro decem si adieci ꝙ predij fructus essent obligati postea illud predium vendidi et tradidi emptor bonefidei fructus predij seuit et percepit et consumpsit: nunquid tu creditor poteris conuenire bonefidei emptorem pro illis fructibus directa hypotheca vel vtili. respon. iuriscon. ꝙ non: immo videtur ꝙ sic: qꝛ si obligo mihi rem meam pignori et alius vsucapit nihilominus potes eum conuenire: ita videbatur hoc casu: certe dicit iurisconsul. istud non obstat: quia vsucapio conuentionem pignoris non extinguit quia questio pignoris est separata a questione dominij: sed hic si obligo tibi predium et fructus predij et postea vẽdo alij bonafide ementi predium et emptor predium seuit et fructus percepit nullo tempore fuerũt mei debitoris ꝗ vẽdidi

prediũ. hoc dicit iste. §. videatis expositionẽ littere. [vt fructus] sub. qui in posterum percipient: quia fructus qui fuerunt in fundo sunt obligati: etiam si nihil cõuenit inter debitorem ꝛ creditorem: vt. ꝭ. in quib. cau. pig. ta. ꝯ. l. in prediis [bonefidei emptor] qui emit a debitore q obligauerat [non cogetur] intelligo quando seuit ꝛ percepit ꝛ consumpsit: ꝛ postea quia isti nullo tempore fuerunt vẽditoris: vt. ꝭ. statim dicit: ꝛ q2 bone fi. pos. nec habet nec dolo desiit possidere: vnde eos lucrari debet: vt. ꝭ. de vsuris l. qui scit. ꝛ insti. de re. §. si a non dño. sed si fuissent aliquo tpe vẽditoris essent obligati creditori: vt in preallegata. l. in prediis. in princip. videbatur tamen contra tali ratione si obligo tibi rẽ mobilem ꝛ alius vsucapit: nihilominus poterit agere hypotheca. contra eũ. ita hoc casu: sed iuriscon. respondet huic tacite oppositioni que posset sibi fieri. [pignoris enim] ꝛc. [separatur] q. d. si quis est dominus alicuius rei: illã pignori habere nõ potest: vt. ꝭ. de regu. iur. l. neq3 pignus [fuerunt] s. fuerunt sati ꝛ percepti et consumpti a bonefidei emptore: vnde non datur creditori hypotheca. vt. ꝭ. e. l. ꝛ que nondum. §. quod dicitur. sed quid si sati sunt ꝛ percepti a quodã tertio. dicunt quidam ꝙ habeo hypothecariam quia debitoris fuerunt. vt. ꝭ. eo. l. paulus. §. si mãcipia. Uel potest dici licet hii fructus fuerunt debitoris quo ad quid quia pars fundi ꝛc. vt. ꝭ. de rei vendi. l. fructus. nõ tamen sui fuisse dicuntur cum nõ seuerit eos. vnde non veniunt in obligatione fundi: ꝛ ideo si consumpti sunt lucratur eos propter culturam ꝛ industriam suam vt hic dicitur. Or signori habetis hic ꝙ vsucapio conuentionem pignoris non extinguit: sed leges vident velle si obligas mihi prediũ pignori ꝛ alius prescribit: sicut dominũ excludit ope exceptionis ita creditorem: ꝛ sic videtur ꝙ vsucapio conuentionem pignoris extinguat: vt. C. si aduer. cred. l. j. ꝛ. ij. ꝛ. ꝭ. de vsucapio. l. iusto. §. non mutat. ad quod quidã dixerunt aliud in vsucapione rei mobilis: aliud in prescriptione rei immobilis: videlicet hoc contingit propter diuturnitatem temporis si prescribitur pignus et hypothecarie actioni: secus si vsucapit pignꝰ et hypotheca. actionem potius deberet dici econtra. tamẽ secus est cum vsucapione efficitur dominus prescriptione querit effectum dominii. C. de pac. l. traditionibus. sed illa est ratio ille qui vsucapit rem mobilem a te mihi obligatã ipso iure efficitur dominus: q2 querit dominiũ sibi ꝛ sequela dominii rei vẽ. nõ excluditur hypo. contra eũ quia nõ querit sibi exceptionem: sed q prescribit querit exceptionem si habet debet habere cõtra omnẽ hominem. C. de long. tẽpo. prescrip. l. penul. ꝛ vlti. ꝛ hec ratio colligitur hic: ꝛ. ꝭ. de vsucap. l. iusto. §. nõ mutat. Sed quid obligaui tibi rem meã alius vsucepit eam bonafide nactus sic dominiũ: aduocat hypot. vt hic: soluo tibi aduocabo directa pignoraticia. ꝭ. de pig. actio. l. si rem. §. omis. est res apud me qui vsucepit aduocabit a me ꝛ ego a te ꝛ tu ab illo. ergo res erit in circuitu quomodo tollemus eã: ille vsucepit conueniens eum hypo. ille offert tibi debitũ ꝛ emit nomen meum a te. ꝭ. de euic. l. in creditore. res manebit apud me quo iure vendicaremus directa rei ven. nõ: quia vsucepit: directa pignoraticia non: quia est prodita contra eum: sed aduocabit ab eo cõueniã te directa pignoraticia qđ fiet: emã nomen tuũ: sed certe nomen tuũ est sublatũ si soluo. insti. q. mo. tol. ob. vnde domi. Odofre. dicit non est inuenire circulum: quia in circulo non est inuenire principiũ nec finẽ: sed hic est inuenire principiũ ꝛ finem: vnde obligaui tibi rem meã alius vsucepit conueniens eũ hypo. offerã tibi debitũ: vnde cõueniã te directa pignoraticia. vnde ille qui vsuscepit aduocabit a me. Sed super §. isto consueuit sic queri: pone obligaui tibi rem meã: pendente obligatione quidã tertius vsucapit rẽ bonafide: l3 nõ possit agere contra me tua hypotheca non tollitur contra detinentem. vnde agis contra eum et aduocas ab eo hypothe.

☞ Pactũ qđ non solutis vsuris fructus cedant loco vsurarũ sicut ꝙ non solutis minoribus vsuris currant maiores.

Pacto placuit. † In. §. isto dicit: obligaui tibi rem meã pignori pro decẽ ꝛ conueni prestare tibi vsuras minores ꝛ si ad diem non soluerẽ conueni prestare legitimas ꝛ fructus in vsuras computares: nunqd poteris cõputare fructus in minores: certe sic: ꝛ si forte in stipulatu sunt deducte maiores si ad diem non solueres minores: fructus poteris computare in vsuras maiores. h. d. iste. §. videatis expositionem littere [pacto placuit] i. pacto conuenit [vsuris] s. minoribus [potuerunt] facit. ꝭ. de vsur. l. cum quidã. in princip. ꝛ C. de vsur. l. aduersus.

☞ Uxor potest rem propriam obligare pro marito quatenus ei tenetur occasione illius rei.

Cum predium. † In. §. isto dicit: si vxor cõstãte matrimonio donauit viro suo predium ꝛ maritus illud prediũ alicui obligauit: ꝛ mulier celebrato diuortio ꝑdiũ recuperauit a creditore cui obligauerat maritus postea idem prediũ obligauit pro marito tenebit obligatio certe sic: quatenus facit maritus maiores sumptus in predio ꝙ caperent fructus rei q2 nõ alienũ: sed suũ negociũ videtur gessisse mulier in ea quantitate. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere [donasset] sub. constante matrimonio: ꝛ sic lege refragante. vnde non valuit donatio. vt. ꝭ. de dona. inter vir. ꝛ vxo. l. ij. et iij. [recuperauit] agendo rei ven. qđ facere potuit. vt. ꝭ. de dona. inter vir. ꝛ vxo. l. si sponsus. in fi. [mea dũtaxat] ecce respõsio [viro] quondã. [nõ alienũ] sub. negociũ [videtur] sub. sed suũ. vnde cessat velleianũ. vt. ꝭ. ad velleia. l. sed si ego. ꝛ. l. sed si mulier. ꝛ l. aliquando. in aliqua aũt quantitate non tenetur: q2 sicut ꝑ alio non potest intercedere: ita rem suam pro alio non potest obligare: vt. ꝭ. ad velleia. l. j.

☞ Contra fideiussorem qui pignora a creditore recepit agitur mandati non pignoraticia.

Fideiussor. † In lege ista dicitur: accepi mutuo centũ pro te extiti fideiussor eidẽ creditori pignora obligasti postea cõuẽtus a creditore soluisti ꝛ recuperas pignora: qua actione contra me poteris experiri: certe si fideiussisti cũ mãdato poteris agere mandati: si sine mandato poteris agere: neg. gest. nõ autẽ poteris agere directa pignoraticia actiõe. hoc dicit ista lex videatis expositionẽ littere [fideiussor] qui fideiussit pro debitore [soluit] s. creditori [si mandati] s. contraria [agatur.] mandati act. pro pignoribus [in culpa] si rem fecit deteriorem dolo vel culpa [dato proponitur act.] pignoraticia [queniri non potest] a debitore. vt. C. de pigno. act. l. j. Sed opponitur ad legem istam ꝛ videtur ꝙ fideiussor non conueniatur mandati cõtraria: vt. ꝭ. de nego. gest. l. fideiussor. in princip. ad qđ vos dicetis si redimit pignora pro quibus fideiussit cum mandato conuenitur mandati: sed si fideiussit sine mandato conuenitur negoci. gesto. vt in. l. contra.

☞ Sententia lata contra debitorẽ non preiudicat creditori si lata fuerit post pignus contractum secus si ante.

Si superatus. † In principio huiꝰ legis dicit: obligaui tibi rem meã pignori quã quidã tertiꝰ possidebat egi cõtra eũ ꝛ succubui: quia non probaui: nũquid ista sententia nocet tibi si velis agere hypothe. non: si poteris probare rem meam esse tempore obligationis: sed si rem hereditariã obligaui tibi: ꝛ petis hereditatem ꝛ succubui illa sententia nõ nocebit tibi: sed secus est in legatis ꝛ libertatibus: quia tũc sententia lata contra heredem mihi nocet: ꝛ est ratio quia legata nõ possunt valere si testamentũ non valet: sed bene potest esse ꝙ hereditas est tua ꝛ res: ꝛ tamen succumbis quia non probas te heredem vel dominum. hoc dicit ista lex in prin. videatis expositionẽ littere. [si] i. ꝙuis [superatus] i. victus per sententiã [vendicabat] creditore ignorante: q2 actore non probante ꝛc. vt. C. de proba. l. ij. et C. de eden. l. qui accusare. [actio seruiana] que dicit hypo. in insti. de actio. §. item seruiana. ꝛ hoc est verum si ignorauit creditor: vt hic. ꝛ. C. eo. l. si preses. ꝛ. ꝭ. de re iudi. l. iudicata. §. vlti. secus si sciuit creditor ꝭm Joã. vt. ꝭ. de re iudi. l. sepe. in prin. ꝛ ex littera ista potest colligi qđdã fraus vt debitor fraudet creditores suos vt desinat possidere ꝛ sciente creditore postea agat rei ven. cõtra possidentem ꝛ patiatur se vinci: ꝛ tũc q2 creditor sciuit non poterit postea experiri hypothe. l3 ista fraude nõ est bonũ operari nisi iusta de causa: puta contra creditores qui peterent debitũ solutum [illius] s. debitoris fuisse quod est necesse in speciali obligatione. secus est in generali: q2 sufficit probari quocunq3 tempore postea fuisse in bonis debitoris: vt. ꝭ. e. l. j. in prin. ꝛ. ꝭ. e. l. ꝛ q nondum. §. qđ dicitur. [sed ꝛ si victus est debitor] sub. qui dicebat se heredem [sententia] contra debitorem [at quin.] pro sed [qui legitimam] i. ab intestato [dicta est] contra heredem scriptũ [sed creditor] hec est ratio [constaret] vt. C. de inoffi. testa. l. cum duobus. ꝛ. C. de fideicom. l. eam quam [enimuero] pro certe [ab eo] scilicet debitore [bene instituta.] quia non probauit se dominuz vel heredem vel quia forte amisit dominium rei per vsucap. l. per prescriptionem. Or signori principiũ huius legis vult dicere vt dixi in casu: sed lex videtur velle ꝙ sententia lata cõtra heredem non noceat legatariis: vt. ꝭ. de re iudica. l. j. ad quod vos dicetis verum est si heres collusit vel propter contumaciam succubuit: non nocet legatariis vt ibi. vt. ꝭ. de appellationi. l. si per lusorio. et de lega. j. l. si seruus plurium in prin. al's non vt hic: et ꝭ. de inofficio. testa. l. pap. §. si ex causa.

Per iniuriam. In isto. §. dicitur rem meam petiit a te succubui per iniuriam iudicantis: postea eandem rem alteri obligaui: nũquid si creditor vult petere illam rem submouetur excep. rei iu. certe sic: q2 creditor nõ h3 plus iuris ꝙ debitor: nec ꝯsiderãdũ est ꝙ tu q possides non

des nõ habes aliquam actionẽ. vnde sicut obstabit exceptio debitori ita creditori. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere. [per iniuriam] s. iudicantis [victus] s. actor per sententiã [non plus] s. iuris [possit] simile. ff. de iureiur. l. ʒ ⁊ si possessori. vñ sicut debitor poterit repelli doli excep. ita ⁊ creditor.



Contrahitur hypotheca.

In lege ista dicitur: ꝙ hypotheca ꝯtrahitur solo consensu ⁊ sine omni scriptura ⁊ quibuscunq; verbis: sicut emptio et venditio: ⁊ ideo si probari põt vt res hypothecata sit erit obligata: q2 scriptura nõ est de substãtia cõtractus sed fit ad memoriam vt facilius possit probari qđ actũ est sicut ⁊ nuptie contrahũtur sine omni scriptura. h. d. ista lex: videatis expositionẽ littere [conuentũ] i. solo consensu. vt. ff. de pig. act. l. j. [cõtrahunt] vt in emptione et venditione: ⁊ in alijs oĩbus que dicũtur. insti. de ob. que ex quasi contractu nasc. §. j. [non sint] vt. C. de nup. l. neq;. fallit in casu posito in aut. ibi signata. itẽ fallit. C. de natu. libe. l. cũ quis. Dr signori no. ꝙ regulariter scriptura nõ est de substantia: sed fit vt facilius probetur qđ actum est ⁊ valet sine scriptura: vt hic: ⁊. j. de fide instru. l. iiij. ⁊. C. de pact. l. pactũ. ⁊. C. de transac. l. iiij. fallit tamẽ in casibus in quibus nõ valet qđ actum est nisi fiat scriptura: fallit tamẽ in quinq; casibus. ¶Primus est si persona constituta in dignitate cõtrahit cũ liberta vt dr in aut. Secundus est in personis maximis dignitatibus decoratis vt illustribus ⁊ superillustribus: vt in aut. maximis quã legam. vt C. eo. l. imperialis. Tertius casus est si mulier seneca impetrauit priuilegiũ a principe: vt. C. eo. l. imperialis. §. illud. Quartus casus est filie mulieris senece nate ante priuilegiũ a muliere seneca impetratũ ex priuilegio imperiali nupsit vt. C. eo. l. imperialis §. si vero antea procreate. Quintus ⁊ vltimus casus est si matrimoniũ contrahit inter impares ⁊ inhonestas personas: vt. C. eo. l. imperialis. §. aliud. ⁊ est ratione inequalitatis personarum potius presumeretur cõcubinatus ꝙ matrimoniũ: ⁊ ideo requirũtur nuptie: sed in casu illius aut. maximis. est ratio specialitatis excellentia personarũ de quarũ matrimonio si dubitaretur magnum scandalum posset exoriri.



Res hypothe.

In prin. huius legis dr ꝙ res hypothe. dari possunt pro qualibet obligatione siue pecunia mutuo dat siue dos siue emptio vel venditio cõtrahat siue locatio et conduc. siue mandatũ siue pure siue in die siue sub cõditiõe põt obligari ⁊ potest dari hypo. pro tota pecunia soluenda ⁊ ꝓ parte. Itẽ potest dari hypo. ⁊ pro ciuili obligatione ⁊ naturali ⁊ ꝓ ciuili tantum: ⁊ pro naturali tantum: ⁊ pro honoraria. vnum sciatis si res obligatur pure statim est obligata: si autem res obligatur sub conditione res non tenet nisi existente cõditione. h. d. princi. huius legis [res hypothece] sub. vel pignori [mutua pecunia detur.] ⁊ ita recõtrahitur obligatio. vt insti. qui. mo. recontrahi. ob. in princi. [precedat] sub. cõtractus pignoris donationem: sic etiam obligatio fideiussoris precedere potest obligationem ⁊ subsequi vt institu. de fideius. §. ij. [obligatione] sub. ⁊ naturali: sed hoc nõ videtur bene dictũ. vt. C. de nõ nume. pecu. l. si ex cautione. respon. hoc verum elapso biennio: vel ꝓ ciuili actione ad differentiã honorarie actionis vt. j. de fideiusso. l. j. §. marcellus.

Item pignus.

§. iste dicit esse differẽtiã inter pignꝰ ⁊ hypothecã solo noĩe. h. d. iste. §. videatis expositionẽ littere. [differt] i. differentiã facit: ʒ quantũ ad actionẽ hypo. nõ differũt vt insti. de actio. §. item seruiana. est tamẽ in alio differentia q2 pignus recõtrahit: ʒ hypo. nõ re ʒ ꝯsensu ꝯtrahit vt. ff. eo. l. ꝯtrahit. insti. q mo. re contra. ob.

Dare autem quis.

In. §. isto dicit ꝙ qs ꝓ sua obligatione põt hypo. dare ⁊ pro aliena. h. d. iste. §. [pro aliena] sub. si est masculus secus est in femina: q2 pro sua obligatione se obligat non ꝓ alia: vt. ff. eo. l. j. §. vlti. ⁊. C. ad velleia. l. si fine.

☞ In obligatione generali nõ veniũt ea que quis nõ esset in specie verisimiliter obligaturus.



Obligatione generali.

† In hac lege cum duabus seq. dicit: si aliquis obligat oĩa bona sua generaliter vel presentia ⁊ futura nõ videt obligare que specialiter obligaturus nõ erat. vñ suppellex nõ cõtinet itẽ nec vestis. itẽ nec mancipia in vsu quotidiano. itẽ nec cõcubinam nec filiũ naturalẽ nec alia q̃ specialiter nõ obligasset: siue q̃ erant tunc in bonis suis. vnũ sciatis ꝙ oĩa que possunt emi ⁊ vẽdi ⁊ pignori ⁊ hypothe. dari. h. d. ista lex cũ duabꝰ legibꝰ seq. [vt suppellex] i. domesticũ instrumentũ patrifa. vt. ff. de sup. le. l. j. et per totũ [debitori] sub. q2 non intelligit in generali obligatione obligata [⁊ ex mãcipijs] s. relinquẽda sunt ei [pertineãt] vt sunt filij naturales vt. j. eo. l. deniq; [seruiana] q̃ hypotheca dr. vt insti. de act. §. itẽ seruiana. [nõ ꝯpetit] ꝯcor. C. que res pignori ob. pos. l. j. [obseruari] sub. vt nõ contineãtur supradicta in generali obligatione q̃ specialiter nõ erat obligaturus. vñ notate hic ꝙ in generali obligatione nõ ꝯtinent ea q̃ verisimile est ꝙ specialiter non esset obligaturus vt hic: ⁊. C. q̃ res pig. obli. nõ pos. l. j. et argu. ff. de pecu. l. q peculij. ⁊ ar. ff. man. l. creditor. §. lucius. ⁊. j. de priuile. cre. l. pe. ⁊ hec est rõ qua casus fortuiti non cõtinentur nisi specialiter enumerati sint. ff. si qs cau. l. ʒ ⁊ si q rei capitalis. §. q̃situ. [quid] sub. id. [põt] q. d. ille res q̃ possunt emi ⁊ vẽdi possunt pignori obligari. fallit in re aliena vt. ff. de ꝯhen. emp. ⁊ ven. l. rem alienã. ⁊. C. si res ali. pi. da. sit. l. que prediũ. itẽ fallit in seruiuitute vt. pre. ff. si ser. vend. l. si a te. sed nõ potest pignorari vt. j. e. l. si is qui. §. vlti. itẽ fallit vt. j. e. l. in quoꝝ finibus. vñ que nõ possum vendere nec obligare. vt. j. q̃ res pig. ob. pos. vel nõ. l. j.

☞ Si duobus res simul obligatur insolidũ quilibet eorum cõtra extraneũ vincit sed inuicẽ melior est conditio possidentis: secus si res pro parte sit obligata.



Si debitor.

† In lege ista dicunt duo. primo dicitur si qs obligat duobus rem suã insolidũ si isti cadunt a possessione quilibet habebit hypo. ꝯ extraneũ: sed si vnus possidet ⁊ alter non: ⁊ vnus velit agere ꝯ aliũ melior erit conditio occupãtis ⁊ dabitur possidenti exceptio q2 dicet possessor recte ageres si eque nõ esset mihi obligata vt tibi. secũdo dicit si debitor obligauit rẽ suã duobus nõ insolidũ: ʒ cuilibet ꝓ parte siue velint agere hypo. ꝯ extraneos qsq; agit ꝓ dimidiã: siue vnus ꝯ aliũ qs ꝙ agit ꝓ dimidia. h. d. ista lex: videatis expositionẽ littere [ita vt vbiq;] i. hoc pacto vt cuilibet [seruiana] i. hypothecaria [vtentur] sub. ⁊ erit melior cõditio occupantis vt statim subijcit [moueatur] etiã si questio sit de re [conditionẽ] aliũ casum habuistis l. siue. §. duobus. [hec exceptio] q2 dicet possessor recte ageres: ʒ non conuenit ⁊c. nã hec sunt verba exceptionis [finaũt.] incipit scđm dictũ [res obligaret.] q. d. actum est ꝙ quilibet creditor habeat dimidiã rẽ obligatam [vtilẽ.] i. efficacem [extraneos] scilicet possessores [per quã] s. hypotheca. actionẽ [apprehendant] id est retineant. [singuli] s. creditores. Dr signori in lege ista not. si debitor rem suã obligat duobꝰ ita ꝙ cuilibet sit insolidũ obligata si agunt cõtra extraneos cuilibet datur hypo. si inter se melior conditio occupantis: idẽ seruatur in saluiano interdicto si in fundo duoꝝ res sit inducta ꝙ dr hic in hypo. vt. j. de sal. interdic. l. j. §. j. sed videtur ꝙ non sit melior conditio occupãtis: ⁊ videt ꝙ sit descendendum ad saluianũ interdictũ vt. j. de sal. inter. l. j. ad qđ vos dicetis ꝙ in. l. contra. dicitur ꝙ descẽdendũ est ad saluianũ interdictũ intelligatis si inuicẽ litigẽt melior est conditio possidentis: si contra extraneos possessores qlibet agit insolidũ.



Si is qui.

In principio huius legis dicitur ꝙ administrator reipublice si vtiliter gerit pro republica potest accipere mutuo pecuniam et rem publice pignori obligare. hoc dicit principiũ huius legis: videatis expositionẽ littere. [administrat] vt est potestas boñ. [ꝓ ea.] id est ꝓ republica [obligare] qđ est verũ si pecunia conuersa est in vtilitatẽ reipublice al's non. vt. ff. si cer. peta. l. ciuitas. ⁊. j. que res pig. ob. pos. vel nõ. l. j. ⁊ idẽ est si curator obligat rẽ adulti: vt. C. que res pig. ob. pos. vel non. l. curator. si est etiã in prelato ecclesie: vt in aut. hoc ius porrectum est.

☞ Pignus cõtrahitur per missionẽ ex primo decreto ⁊ in eo potest insisti donec debitũ exoluit et deiectus habet actionem in factum.

Si antiphona.

§. iste valde bonus est ⁊ quotidie allegatur. ⁊ in. §. isto dicitur si tu obligas mihi fundum vel edes ⁊ de hoc facta sit scriptura: et postea fertur interlocutoria sententia contra te nõ venientem: ⁊ mittor in possessionem auctoritate iudicis possum retinere fundum vel edes: ꝙ diu soluatur sors cũ vsuris ⁊ fructus ⁊ vsuras potero cõputare: sed si cecidi a possessione datur mihi actio in factum ad recuperandã possessionẽ. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere. [antiphona] i. scriptura in qua continetur ꝙ debitor obligauit talẽ domũ. vt. ff. depos. l. lucius. ⁊. ff. de pig. act. l. si pecuniam. vel dicatis ꝙ dicitur antiphona apocha. ecce si mutuo tibi pecuniam et tu obligas mihi fundum quando soluis vsuras facio tibi apocham de soluto. vt. C. de fide instrumen. l. plures. [aliquis] scʒ creditor [inducatur] ex eo ꝙ non defenditur auctoritate pretoris vel iudicis: quia pignus pretorium vel iudiciale constituitur mihi: quia si debitor non defenditur fertur interlocutoria contra eum: et si non veniat defensurus sententiam mittor in possessio. fundi sui olim omnium bonoꝝ: hodie pro mensura debiti declarati: vt. C. de bonis aut. iudi. pos. l. cum proponas. ⁊ aut. ei qui iurat [soluatur] vt. j. eo. l. grege. §. etiam si creditor [vsuras] scilicet debitas per stipulationẽ vel

per iudicis officium si cōtractus erat bonefidei.[fructus] vt.j. de bono.auc.iu.pos.l.pretor ait.sed secus est in conuentionali pignore:vt.C.de pig.act.l.j.ꝛ.ħ.[aut locando.] fundū vt patiatur fructus[percipiendo]q: arat ꝛ seminat ꝛ colligit[habitudoq;] vt q: habitas domū[act.in factū] ad recuperandā possessionē ex edicto illo ne vis fi.ei q.ꝛc.vt.j.ne vis fi.ei q in pos.mis.est.l.si quis.§.constitutū.ꝛ.l.per interdictū.in fi.alij tamen dicūt ꝙ ista actio in factū datur in subsidiū cū alie actiones deficiāt vt.s.de prescrip.ver.l.quotiens.ꝛ hoc est verū in pretorio pignore ꝛ iudiciali:vt.j.de bonis au.iud.pos.l.j.sed secus est in conuentionali vt.j.e.l.fundus.§.in vendicatione.ꝛ in quibus cōueniāt ꝛ differant pignus pretoriū vel iudiciale: ꝛ pignus cōuētionale dixi.s.de pigno.actio.l.j.

Usufructus.

In.§.isto querit̃ an qui habet proprietatē et vsumfructum fundi pōt vsumfru.pignori dare:ꝛ respōdetur ꝙ sic:sed ꝛ etiā pōt dari pignori vsufru.ab ipso vsufructuario q habet vsumfru.in fundo: ꝛ creditor tuet̃ in pos.vt vsufructuarius. Itē creditor tuetur aduersus proprietariū agentē negatoria ei nō esse ius vti frui exceptione.nam sicut si vsufructuarius vēdit vsumfru.defendit̃ emptor ita ꝛ creditor tuebit̃:ꝛ iō aduersus ipsum vsufructuariū datur exceptio.h.d.iste.§.videatꝫ expositionē littere.[vsufruct⁹] id est.seruitus personalis vsufru.vt.s.de ser.l.j.[agere]negatoria sub.dicendo tuebitur.s.creditor recte enim ageres si non ꝛc. nam hec sunt verba exceptionis[pretor] vt.s.de vsufru.l.arboribus.§.illo[tuebit̃]q.d.immo tuebitur: ꝛ nō video quare nō [ꝛ debitori]i.ipsi vsufructuario qui vsumfru.obligauit[obijcietur exceptio]sub.si velit impedire creditorem vti frui: sꝫ ꝛ hypothecaria potest agi.Unde no.in.§.isto.ꝙ vsufructuarius habet ius obligandi vsumfru.que est seruitus personalis q: quasi dn̄s est. vt.s.de vsufru.l.vsufru.in multis: al's non posset obligare:vt.s.eo.l.si superatus.sed ꝯtra.C.de vsur.l.interest.ad qō vos dicetis ꝙ vsufru.non obligat proprietatē vt ibi:obligat tn̄ vsufru.vt hic ꝛ.j.e.l.ꝛ que nondū.§.qō dicitur.

Jura prediorum.

In superiori.§.habuistis de personali seruitute vsufructus q pōt pignori obligari:in.§.isto cū.l.seq.tractatur de predialibus seruitutibus:ꝛ dicit̃ ꝙ seruitutes vrbanorū pdiorū non possunt dari pignori vel hypothece:sed seruitutes rusticorū prediorū bene possunt obligari: ꝛ possunt tali pacto obligari vt creditor vtatur seruitutibus ꝙdiu pecunia nō soluat̃:ꝛ si intra diem pecunia nō fuerit soluta ꝙ liceat seruitutē vendere vicino: ꝛ valet talis cōuentio.h.d.iste.§.cū.l.seq.videatis expositionē littere [nō possunt] ꝛ sunt seruitutes vrbane ꝛc.vt.s.de serui.vrb.pre. l.j.[vt hypothece sint]sicut nec pignori dari possunt[ꝛ aqueductus]ꝛ iste sunt seruitutes rustice vt.s.de ser.ru.pred.l.j.[vt tali pacto fiat]sub.cū eo cui debetur seruitus rustica[habeat]s.creditor al's nō posset vti[que snia] scꝫ vt valeat talis cōuētio[est] Or signori aduertatis ea que hic tangunt̃ lꝫ nimis breuiter vos habuistis.s.proximo.§.ꝙ seruitus personalis vtputa vsufru.potest pignori obligari:q: vicē rerū corporaliū obtinet ꝛ similitudinē hꝫ cū dn̄io vt.s.de vsufru.l.si vsufru. sed seruitutes vrbanorū prediorū nulli possunt obligari:scꝫ nec vicino nec extraneo quia non sunt in bonis nostris nec extra bona cōputantur vt.j.de vsufru.leg.l.j.Item nō possumus obligare ipsum corpus.vnde debetur seruitus cū non sit meū.vt.s.si ser.ven.l.loci corpus.in pn̄. nam ea demū possumus pignori dare que in bonis nostris sunt vt.C.si res ali.pi.da.sit.l.que predium.ꝛ.C.que res pig.ob.pos.l. qui filios.sed seruitus rusticorū prediorū bene pōt obligari vicino meo nō autē nō vicino.vt in.l.ista.Sꝫ an vie itineris actus ꝛc. sed que est ratio ꝙ seruitutes vrbanorū prediorum non possunt obligari vllo modo:sed seruitutes rustice possunt obligari vicino:sed non vicino nō possunt obligari.potest ita dici:iō possunt obligari seruitutes vie rustice vicino: quia nō est aliud tuū ire ꝙ meum.Unde status rusticorū prediorum nō immutatur: sed nō est ita in seruitutibus vrbanorū prediorū.nā potest esse ꝙ dom⁹ tua est depressa: ꝛ vno modo vteris tu.mea est alta: ꝛ sic alio modo vtar ꝙ tu.Unde nō possunt pignori obligari: maxime cū predia vrbana quadam perpetuitate constituantur:vt.j.de tigno in iuncto.l.j.

Uniuersitates rerum possunt pignori obligari.

Grege pignori.

a † In princi:huius legis dicitur si quis gregem suū mihi pignori obligat videtur obligare capita presentia ꝛ que postea nascentur:sed ꝛ si priora capita gregis obligati decesserint ꝛ grex fuerit renouatus similiter tenebitur mihi.h.d.princi.hui⁹legis:videatis expositionē littere [tenent̃.]nā possunt obligari presentia ꝛ futura vt.j.e.l.ꝛ q̄ nōdum.in prin.ꝛ facit etiā.j.e.l.si fundus.in prin.sic ꝛ grege legato debentur presentia ꝛ futura.j.de lega.ij.l.si grex.[pignori tenebitur]q: idē grex intelligitur.vt.s.de iudi.l.proponebat̃.ꝛ.s.de rei ven.l.marcellus.ꝛ.s.de vsufru.l.vetus.ꝛ h̄ est verū siue grex fuerit renouat⁹ ex prioribus capitibus gregis siue nō: dūmodo fuerit vniuersaliter obligatus.vt arg.j.e.l.cū tabernā.nec ob.j.e.l.si fideiussor.§.vlti.q: ibi loquit̃ quādo quedā mācipia fuerunt specialiter assignata ꝛ postea obligata.

Grege pignori. Pro ampliore itelligētia.adde nūqd si trāsferatur vniuersitas bonorūz in ꝫctu intelligitur deducto ere alie a no.ꝛ qd in rescripto principis ꝛ qd si p vltimā volūtatē.vid bar.in.l.mulier j.d iur do.

Statuliber.

In.§.isto dicitur ꝙ statuliber pōt pignori obligari:sed si existat conditio sub qua est ei libertas relicta euanescit obligatio.h.d.iste.§.videatis expositionē littere[statuliber]i.huus cui relicta est libertas sub cōditiōe vt.j.de statulibe.l.j.[hypothece]sub.vel pignori[euanescit]sub.ꝛ quilibet alius ꝫctus factus sup eo.vt.C.communia deleg.l.vlti.§.sed quia.

Cum pignori.

In.§.isto dicit̃: nedū licet tibi pignori obligare rem tuā: immo et alienā pignori datā tibi:ꝛ tenebitur mihi pignoraticia ꝙdiu pecunia tibi soluatur:ꝛ mihi ꝯ primuꝫ debitorem datur exceptio si possideo:si nō possideo datur mihi vtilis actio hypothecaria sꝫ si pecunia tibi soluitur sicut desinit teneri tibi ita mihi. Sꝫ quid obligasti mihi rem tibi pignori obligatā indui personalē actionē contra debitorē tuū qō facere potui:ꝛ ipse soluit mihi si soluerit mihi pecuniā cōputabo vsq; ad concurrentes quantitates si soluit corpus illud retinebo pignori ꝙdiu erit mihi satisfactū.h.d. iste.§.videatis expositionem littere[placuit] vt hic.ꝛ.C.q̄ res pigno.ob.pos.l.j.ꝛ.ħ.[tenet̃]accedit.s.de pig.act.l.solutā.[ꝛ tā exceptio]si possidet creditor:[vtilis actio.]i.hypothecaria vtilis q: habet ius in re.vt.j.proxi.§.sed directa non dat̃ q: non est dn̄s q obligauit.vt.j.e.l.ꝛ q̄ nondū.§.j.[ꝙ si dn̄s soluerit] sub.priori creditori[pignus]sub.scdo creditori[perimit̃]id est desinit vtriq; teneri:ꝛ ideo ꝯ secūdum creditorem agit debitor pignoraticia actio.vt.s.de pigno.act.l.si rem.§.omnis.

Et in superficiarijs.

In.§.isto dicitur:sicut qs potest obligare rem cuius directū habet dominiū:ita rem cuius habet vtile dominium:vtputa quia superficiarius est:indubitanter si creditor possidet rem contra dominū soli poterit vti exceptione: ꝛ si perdidit possessionem poterit agere hypothe.hoc dicit iste.§.videatis expositionem littere.[ꝛ in superficiarijs.]scꝫ locis ꝛ est superficiarius locus ꝛc.vt.j.de superfi.l.j.§.j.ꝛ.j.de operis no.nuncia.l. in prouinciali.§.penul.ꝛ.s.de rei ven.l.superficium.[possessorē] sub.tuēdus est per hypothe.[deinde amissa sit] accedit ꝙ tenet obligatio facta a superficiario superficiei:vt.s.qui po.in pig.ha. l.etiam superficies.et.s.de pigno.actio.l.tutor.in fi.cū.l.seq.

Etiam si creditor.

In.§.isto dicitur: obligasti mihi aliquam rem p decem: cepi te conuenire hypothe.actio.quia possidebas vel personali actio.ad debitum fuisti condemnatus nunquid liberat̃ hypotheca vel pignus:certe non:nisi solutum mihi fuerit aut satisfactum.Sed quid obligasti mihi rem ꝛ conueni te:venit aliquis ad defensionem tuam defensor tuus fuit condemnatus mihi: nūquid nihilominus durat mihi hypothe.certe sic:multofortius si egi cum fideiussore tuo ꝛ condemnatus est mihi ꝛ non satisfecit: durat hypothe.quia hypothecaria non tollitur per act̃.iudicati nisi soluta sit pecunia.hoc dicit iste.§.videatis expositionem littere.[iudicatum debitorem fecit.]id est condemnari ꝛ fecit nō autem ipse creditor condemnat: quia nemo in sua causa ꝛc.vt.C.ne quis in sua causa iu.vel ius sibi di.l.j.similis expositio est alibi.s.de his qui notā.infa.l.furti.§.mādati.[tenet]idest durat hypothe.vt.s.de pigno.act̃.l.si rem.§.omnes.[si cum defensore.] scꝫ debitoris [in personam.]id est in actio.personali de mutuo vel conditione:q: mutuaui.[satisdedit] iudi.sol.[manet.]id est durat.vt.s.proxi.respon.[multomagis] q:.s.extranei sponte cōueniuntur hic inuiti[actū sit]q: nemo ꝛc. vt.s.de procurato.l.q proprio.[act̃.]vt.s.in prin.huius.§.habuistis.q: per istā sententiam q̄ parit act̃.inde non sit nouatio cū fiat ex necessitate: et per istam nouationem consueuit qs facere cōditionem suam meliorem non deteriorem vt.j.de nouatio.l.aliam.ꝛ.j.de re iudi.l.euidentur iniquissimū est:et q: nemo lit.conte.ꝛc.vt.j.de regu.iur.l. non solū.ꝛ ex isto.§.colligit̃ arg.ꝙ per sententiam non sit nouatio.alioquin tolleretur hypo.vt.C.ob cyro.pec.pi.re.pos.l.vnica. est tamen ꝯtrariū arg.C.de vsur.rei iudi.l.vlt.ꝛ ibi no.ꝛ.C.si plu. vna senten.fue.con.l.j.ꝛ.ħ.

Si sub condi.

In.§.isto dicitur obligasti mihi rē sub aliqua condi.pendēte ꝯditiōe nō possum agē hypo.si ago de facto ꝛ succūbo nihilomin⁹ existēte ꝯditiōe agē potero.Sꝫ qd debes mihi.x.pure ꝛ hypo.mihi obligasti sub ꝯdi.nō soluis mihi nūqd pēdēte cōdi.res hypothe.dꝫ tibi auferri:certe nō:sed arbitrio iudicis dꝫ mihi caueri ꝙ existēte condi.res illa mihi tradere t̃ si pecunia nō soluat̃:sꝫ ꝛ dꝫ mihi caueri de restituēda hypo.p vsuris ꝛ p pena soluendis. h̄ dicit iste

§.videatis

§.videatis expositionem littere.[si sub cōdi.]casuali vel mixta.[obligata sit]sub.pure[nō recte agi.]accedit.ſ.si cer.peta.l.certi condi.in prin.ꝛ.ĵ.de verb.signi.l.cedere diem[debeatur]sub.si spes est debitū iri vt.ĵ.de actio.ꝛ obli.l.is cui.ꝛ.ĵ.de verbꝫ.sig.l.si creditores.[sed si sub condi.]quia mutuaui tibi decē vt mihi redderes si nauis venerit ex asia:vt.ſ.si cer.peta.l.omnia.[sed si presens]id est purum[si in rerum natura sit]nā cū debetur in diem vel sub condi.cauetur de eo prestando adueniente die vel condi.vt.ſ.de iudi.l.in omnibus.[dicemus.]nam si obligata sit res pro pena nō desinit esse obligata nisi soluatur pena: accedit ĵ.qui po.in pig.ha.l.lucius.ꝛ ad hoc facit.ĵ.de vsur.l.cum quidā.

1 ☞Debitor si est suspectus ante diem vel conditionem competit persecutio pignoris.

1 **Quesitum est.** †In lege ista dicit᷑: locaui tibi domum meam certa pensione:ꝛ tu pro illa pensione soluenda obligasti pignus nondum venit dies soluende pensionis:nūquid iterum poterit experiri hypo.certe sic:quia interest mea pignus vel hypo.habere apud me.hoc dicit.ista lex in sui prin.[qr interest mea.]sub.ex iusta causa quia imminet periculum:quia eras suspecta persona vt hic:al's contra.ĵ.qui.mo.pig.vel hypo.sol.l.soluitur.versi.si paciscatur creditor.ꝛ.ĵ.de distra.pig.l.cum soluende.vel potest dici ꝙ istud est speciale in pēsione debita vt hic.secus in alio debito in diem:quia sicut debitū ante diem nō peto ita pro pignore non ago hypo.ante diem: vt in preallleg.l.

Ex quibus causis. In.§.isto dicitur ꝙ ꝓ debito naturali pōt pignus obligari.hoc dicit iste.§.videatis expositionem littere[naturalis obligatio]s.tantū:puta si nudo pacto aliqd promittit᷑ vel cuꝫ stipulor aliquid mihi dari a seruo:naturalis tamen obligatio inducitur non ciuilis.vt.ſ.e.l.res.ꝛ.C.de vsur.l.per retentionem.et facit.ĵ.de fideiusso.l.vbicunqꝫ.ꝛ.l.marcellus.

Et que nondum sunt. In principio huius legis dicitur ꝙ bona pśentia ꝛ futura possunt obligari:vnde fructus pendentes ꝛ partus ancille ꝛ fetus pecorum possunt pignori dari:et si nascetur partus vel fetus pecorum valet obligatio.similiter ꝛ si fructus pendentes obligent᷑ siue obligētur a domino fundi siue a fructuario:si nascent᷑ valet obligatio.hoc dicit princi.huius legis:videatis expositionē littere.[et que nondum sunt.]sub.nostra.[possunt.]sub.ꝛ dari pignori et vendi ꝛ legari ꝛ stipulari.vt diximus.ſ.de contrahē.emptio.ꝛ vendi.l.nec emptio.ꝛ ad hoc facit.ĵ.de verbo.obli.l.interdum.ꝛ.ĵ.de condi.ꝛ demonstra.l.j.[sicut iul'.scribit]sub.cū venerit aliquod istorum modorū:ꝛ facit.ĵ. qui po.in pi.ha.l.potior.§.si de futura.

1 ☞In obligatione speciali requiritur tūc rem esse in bonis debitoris:in generali vero sufficit si postea quandocunqꝫ inueniatur in bonis.

1 **Quod dicitur creditorem.** † Si pignori.§.iste valde bonus.§.ꝛ vtilis est:ꝛ in eo not.differentiā inter hypothecam specialem ꝛ generalem:ꝛ ad superiora ita continuabitis vos habuistis.ſ.e.l.si superatus.si creditor vult agere hypo.pro re obligata debet probare rem in bonis debitoris fuisse tempore obligatiōis:modo in.§.isto.iuriscō.hoc exponit ꝛ dicit ꝙ hoc est verum si agit creditor hypo.pro re specialiter obligata:si autem ageret pro re primo obligata specialiter:ꝛ pro re postea generaliter obligata hoc nō habet necesse probare rem in bonis debitoris fuisse tempore obligationis:sed satis est ꝙ probet rem illam quandocunqꝫ in bonis debitoris fuisse postea.hoc dicit iste.§.videatis expositionem littere.[qd dicitur]sub.ſ.e.l.si superatus.in princi.ꝛ.C.que res pig.ob.pos.l.iij.ꝛ.l.ꝛ.ar.ĵ.de aqua.plu.arcen.l.ꝙꝙ.in princi.[cū conueniebat]de pignore:ꝛ ita tempore obligationis[conuenientiam]q.d.ad eā cōuentionem[que specialiter]i.cum res specialiter obligatur:[vt specialiter rebus]rebus aliquibus primo[perinde]q.d.non debet ad generalē conuentionem pertinere[perinde]ꝛc.[obligare.]ꝯcordat.ĵ.de probatio.l.ante omnia.

1 ☞Res obligatas pōt quis alteri obligare sine periculo si primus creditor certificetur ꝛ intelligetur obligata in residuo: et si satisfiat primo totum cedit in obligatione secundi.

